

DE  
**ORIGINE**  
ET  
**INVENTORIBVS**  
PECUNIÆ  
ET  
**NUMISMATUM**  
SCHEDIASMA

QVO PROBATUS

INVENTUM PECUNIAE,  
NON AD EBRÆOS, LYDOS AUT GRÆCOS,  
SED POTIUS AD PHOENICES  
REFERENDUM ESSE.

ACCEDIT SIMUL DEMONSTRATIO ROMA-  
NOS JAM ANTE SERVUM REGEM PECUNIA  
UOS ESSE

A U T O R E

**HERMANNO ULRICO A LINGEN,**  
*LUBECENS.*

---

I E N Æ, M D C C X V.  
PROSTAT APUD WERTHERUM.

DB  
ORIGINE  
VIRO

DIGNITATE REVERENDO, VIRTUTE NOBILISSIMO  
DOCTRINA CONSPICUO

ADOLPHO VVILHELMO  
A GOHREN

CONSISTORII DUCALIS SAXO-ISENACENIS  
ADSESSORI SPECTATISSIMO

FAUTORI ÆTERNUM COLENDO  
HOC SCHEDIASMA

L. A. D. C.

A U T O R.

Pol. 8. II. 1471/ up



Cum

PROSTAT APUD WERTHERIUM





**C**um insigni emineas erga omnes benignitate  
VIR REVERENDE, miti quoque animi af-  
fectu meam Te excusatum esse audaciam  
confido, quod NOMEN TUUM opusculo  
tam inexasciato & levius momenti preponere  
conatus fuerim. Fateor quippe ingenuus  
me illa prorsus carere dexteritate, qua dignum aliquid judi-  
cio TIBI, quippe qui preter Theologicarum quam possides re-  
rum peritiam, antiquitatis sacrae & profane studiis magno-  
pere delectaris, elegantioresque literas cum sacris laudabi-  
liter jungis, offerat & NOMINI TUO REVERENDO sub-  
jungat. Destituto igitur mihi majori doctrine apparatus  
opus est, ut ea qua par est animi reverentia abs TE petam,  
ut tenues hasce laborum meorum primitias benigno suscipias  
vultu. Deearat mibi alia occasio publice declarandi, quan-  
tum TIBI obstrictus sim, quantumque mibi perpetuo man-  
surum sit desiderium devincti prorsus animi grata TIBI se-  
gna offerendi. Non potui igitur quin banc arriperem occa-  
sionem, tam ut splendore NOMINIS TUI erata forte mea  
contra quamcunque malignioris judicii acerbitatem secure  
obtegerem, quam simul ut faterer publicè quantum TIBI de-  
beam pro benigne mibi TE cum concessso victus domusque  
commercio; Hoc enim usus in te TE unico VIR REVEREN-  
DE licuit quotidie intueri insignis bene vivendi prudentia,  
egregiae eruditioris virtutisque infucata & incomparabilis ab-

solutissimum instar, quod imitarer. Nihil ad auribus TUIS,  
dum bac profero probata dudum iudicio omnium, quotquo-  
raram pulcherrimamque, qua praetaliis in omnibus laude di-  
gnis rebus gaudes, praeclentiam perspectam habent, qui que  
egregiam TIBI ultro admetiuntur gloriam, magnam illam  
quidem, sed meritis & virtuti TUAE adbuc imparem. Fe-  
licem sane me omnes ducunt, inseque mibi adeo gratulor de  
concessa eruditissimorum sermonum Tuorum copia ad egregia  
quaevi me quotidie sollicitantium; faciliorem vero TUO quod  
exemplo & ductu ea ingredi mibi via licet, quam magna  
anima ad illustre virtutis perennisque gloriae fastigium sunt  
emense. Quicquid in me deprehendo, quod ad pietatem  
diligentiam & mores decoros impellit ac incitat, id omne  
TUO debeo exemplo VIR REVERENDE: & certe ab-  
solutissima virtus TUA conjuncta cum summa comitate, mo-  
liores mibi polliceretur profectus, si ea mentis meæ esse talia  
critas, ut que quotidie admiror alta mente recondita in ritu-  
ri quoque conarer intensius ingentia TUA merita. Sed i-  
gnoscas abundantia affectui calamoque hinc in chartam pro ni-  
ori quam insignis TUA modestia ferre potest, que satius au-  
cit laudem mereri, quam laudari, virtutemque strenue se-  
qui, quam virtutis propria legere encomia, amas enim vir-  
tutem non gloria causa ut plurimi, sed quia virtutem amare  
pulcherrimum est. Nibil ergo amplius addam, hoc solum di-  
xero, me pro magna felicitatis meæ parte reputaturum esse,  
si occasio mibi affulserit officia quevis grata TIBI prestanti.  
Interea vero non desinam toto pectore omnigenam TIBI ap-  
precari salutem ac felicitatem, simulque ejusmodi dignitatem,  
que in conspectum producat totius orbis insignem quo coru-  
scas virtutum prudentia doctrinaque splendorem, ut appar-  
eat virtutem ipsam suos extollere cultores ingenuos, hono-  
res que

resque & felicitates solius virtutis debere esse præmia. Vale  
VIR REVERENDE, idque etiam votis meis concede, in  
quo emolumentum gaudiumque mibi maximum possum est,  
nempe ut illo amore illaque humanitate qua hactenus me  
ornare voluisti & in posterum prosequi ne dedigneris.

## REVERENDI TUI NOMINIS.

Scribebam Iena

A. C. M DCC XV. pr. Id. Aug.

*Culorem devinclissimum.*

Hermannum Ulricum a Lingen,

# LECTORI BENEVOLO S.

**I**Mmortalia haetenus tot Clarissimorum Virorum in re Numismatica merita tacita admiratus sum animi delectatione, gavisus tot excelsos animos per hanc gravissimi laboris scientiam æternum sibi comparasse decus nominisque gloriam nunquam peritaram. Proritavit studii jucunditas labores meos & illico orta non mediocris erga cultores hujus artis veneratio in hoc insignium scientiarum genere optimo cognoscendam mihi præbuit arduam illam viam, quam, qui tandem innumeris laboribus exantlatis superarunt præmia meritis digna consecuti sunt. Virium tenuitas non permittit tam proclives premerre gradus plus quam Herculeo labore, aut felices sperare progressus; & ruentem nihilo secius alia retrahit Musa, ita ut ne quidem debitos labores huic scientiæ dicare mihi licet. Paucis ergo horis & maxime subcisisvis, quas notitiaz numismatum sacrare mihi permisit Themidis cultus, quædam saltem observare potui, quorum primitias jam jam L. B. offero; accusans certe ipse temeritatem meam, quod qui primoribus saltem scientiam hanc labiis attigerim jam aliquid scribere coner, quod tamen si caput rei spectes, in aliorum scriptis Te frustra quæsiurum, non nimis jactanter adseverare ausim. Probe præterea compertum habeo, observationes sententiasque meas, quas hic cum erudito orbe communicavi, non ita comparatas esse, ut approbationem calculumque omnium certo mihi polliceri audeam. Cum autem ea animi serenitate gaudeam, quæ malignantium Iudicia ridens quieta manet, egoque totus in eo sim, ut ea quæ me doctiores ingenuè & cum ratione carpere & corrigere poterunt, sub limam ducam lubensque emendem, tandem ausus sum primitias hasce laborum, quos in antiquatum studia impendi, publico eruditorum exponere  
ju.

judicio. Benevolum de primo ingenii mei fructu Judicium, calcar mihi addet, ut in posterum eo Iubentius operam meam in hoc studiorum genus collocans benevolentiam hanc eruditorum, qua primos hosce (immature ferme dixerim) laborum meorum fructus complectuntur, semper magis magisque demereri queam. Si autem me intempestivos adhuc foetus publicæ luci obtrusisse quis obganniat, quem tamen metum cordatorum fugat sinceritas, dictum CONFUCHII (æ) solatium & symbolum mihi erit : *Laborandum est, tales ut simus qui mereamur cognosci.* Alit autem me spes pulcherrima, fore, ut ea quæ minus accurate posita neque ea qua par erat diligentia elaborata deprehensa fuerint, juveni vix viginti annos egresso, angustoque temporis, quod hisce studiis, quippe gravioribus consecratus & implicitus, dare cogor, adscribantur. Opera quædam alia quæ adhuc inscrinio affecta latent, quiescant, donec anni, quos Themidis tutelaris Dex cultui solum dicare constitui, fuerint præterlapsi, & acriorem & accuratiorem mihi forte concesserint judicii vim, ad ea emendanda σΦάλματα, quibus illa adhuc scatent. Elaborare autem mihi in mentem venit ut completam & absolutam quandam Numismatum historiam, ita etiam accuratam Philosophiae Barbaricae delineationem. Eiusmodi operum defectus, de quo Viri docti adhuc queruntur incitavit me ad hos labores suscipiendos. Historia enim Numismatum, quam PATINUS conscripsit Vir alias æternum celebrandus, inter omnes optima quidem at tamen prorsus est imperfecta, ut res quædam gravis momenti in studio numismatico occurrentes incassum ibi quarantur. Barbarica quoque Philosophia haec temus tales non invenit cultores, qui integrum prorsus & absolutam ejus historiam extenebris antiquitatum involucris eruere & luci restituere omni studio atque opera contenderent. Opera enim HEUR-

(æ) ap. COUPLET, in Scient. Sinens. in libro Lun' Yu'. P. 2,  
fol. m, 16.

HEURNII, HORNII, KORTHOLTI & STANLEII, pannim  
anca & levia sunt, erroribus scatent non exiguis, so-  
lum quasdam ex Barbaris gentibus præcipuas attigerunt, &  
insuper raro obvia pars eorum est. Non alienum ergo ra-  
tus, hunc tandem supplere defectum, summo studio ma-  
gnoque labore ex ipsis fontibus omnibusque huc pertinen-  
tibus libris ea collegi, quæ ad historiam Philosophiæ impri-  
mis Barbaricæ concinnandam me adjuvare possunt; ita ut,  
annuente Numine, absolutum, non solum de Philosophia  
sed etiam Theologia, Jurisprudentia & Medicina Barbarica-  
rum omnium gentium Veteris & recentioris ævi opus Le-  
ctori olim offerendum promittere ausim. Sed per aliquot  
annos hos labores, ut differam, cogor, interea temporis  
forsitan alias quasdam selectas observationes in lucem e-  
missurus. Gaudebo interim si obvenerit de corrigendis er-  
ratis monitum amicum & modestum, cum semper mihi per-  
suaserim, non laude dignum esse quod non vult emenda-  
ri; multumque superesse temporis, multumque labo-  
ris priusquam ad medios doctrinæ gradus pervenire  
quis possit. Vale conatibusque meis fate. Dabam

Jenæ. M DCC XV. pr. Id. Aug.





DE  
ORIGINE NUMISMATVM  
SCHEDIASMA.

CAP. I.

DE TEMPORIBVS ANTE PECVNIAE  
VSVM.

S. I.

Elicia merito vocari possunt antiquioris ævi tempora , quia tunc plurimi hominum amoena fruebantur quiete, parco quippe & parabili victu contenti, cum contra nostra ætate omnes fere, jam per desiderium aliquid possidendi cæteris pretiosius , jam per timorem, ne id, cui animum dicarunt, amittant, inæstimabiles contentæ mentis delicias perdiderunt. Generosa libertas multo nobiliori gaudebat statu, cum corpora aureis catenis nondum ligata jacerent, & vitæ conditio fere incomparabilis existebat, cum homines parvo contentos propitiis Numinis beneficia, tenuis victus, & larga naturæ dona delectarent. Metalla & prolatæ ex iis numismatum

A

genera

genera innato splendore nitentia, infeliores reddiderunt homines, & egregia augustiorum temporum obscurarunt sydera, quorum micantibus radiis antea beati vixerant. Omne mentis lumen ita jam extinguebatur, ut homines summo contenderent desiderio, id acquirere, quo ipsi gravantur, „aurum enim neque animum erigit, neque corpus nutrit, sed contra potius animam obscurat & corpus marcidum reddit, „ut incomparabilis Gymnosophista DANDAMIS jam locutus est apud PALLAD. de Gent. Ind. & Brachman. p. 67. Nihil afferunt metalla utile ad sustentationem vitae quietae, & contra multos impediunt, ut optatam vitæ conditionem nunquam sibi comparare queant, „aurum sitim non sedat neque famem solatur &c. omnino igitur manifestum est, auri desiderium nature adventitium esse, omnis enim cupidus cessat, cum satiatur, quoniam natura hoc insitum: divitiarum vero cupido insatiabilis est, quoniam prater naturam est. DANDAMIS apud PALLAD. d. 1. p. 119. & AMBROS. p. 68. Multo splendidiores existebant virtutes innata pulchritudine, cum nondum divitiarum fuso egebant, nunc autem fere ii solum virtutum cultores vocantur, qui gloriam tam egregiam metallorum fulgore & copia sibi comparare valent. Aurum gravi & immenso pondere in terram deprimit virtutem, & per argenteos gradus ascendentes excelsa honorum possident culmina. Propertius

*Auro pulsâ fides, auro venalia jura*

*Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*

Ovidius.

*Aurea sunt vere nunc secula, plurimus auro*

*Venit honos, aura conciliatur amor.*

*Vitia propter squalidam deformitatem horrenda metallo-*

tallorum fucato s<sup>e</sup>pe colore sic illiniuntur, ut multi ignem  
hunc fatuum & mentitam pulchritudinem secuti, viam  
virtutis beatific<sup>e</sup> relinquant. Sic enim jam, CONFU-  
CJUS conquestus est in libro T<sup>a</sup> Hiō apud COUPLET. in  
Scient. Sinens. fol. m. 34. (Ed. Paris. 1687.) Opes enim irri-  
tamenta malorum, quæ plurimos ita seducunt, ut dum au-  
ri divitias acquirere studeant, salutis æternæ Thesaurum  
perdant, ut jam antiquus quidam Scalder cecinit. conf. Car-  
men Runicum ex antiquo Legum volumine apud WOR-  
MIUM. de Litteratura Runica. c. 19. fol. m. 95. (Ed. Hafn.  
1651. fol.) Quanto infeliora autem recentiora tempo-  
ra per inventum pecuniæ facta, tanto augustiora erant an-  
tiquissima, quæ dum pecuniæ nesciebant usum, simul in-  
numerabilibus carebant curis & doloribus.

## §. 2.

Inter hæc vero recentiori ævo beatiora tempora  
fere solum secula antediluvium numerari queunt, quia  
non longe post de usu pecuniæ aliquid legimus. Illud au-  
tem quod de numis ante diluvium cūsis traditur, optimo  
jure inter fabellas referri potest.

## §. 3.

Certissimum quippe est, homines ante diluvium me-  
tallis jam usos fuisse, ut ex Genes. 4. v. 22. ubi Thubal-  
Cain metallorum tractandorum inventor vocatur, patet.  
CLERICUS in Commentar. ad Genes. c. 4. v. 22. fol. m. 47.  
(Ed. Amst. 1710.) ab angelo æris aliorumque metallo-  
rum inventum deducit, dum putat, tam paucos homines  
nondum capaces fuisse multas invenire ærifodinas; de-  
sumsit autem hæc Vir Celeberrimus ex fabulis Rabbinorum,  
qui fere omnium artium origines angelis adscribunt, & ho-  
minibus antediluvianis ab angelis edocitis, plures scientias

attribuunt, quam re ipsa iis nota fuerunt: Sic enim de Adamo tradunt, angelum Razielem iussu divino, eum Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, Mathesin, Astronomiam & Chymiam docuisse vid. DICEL. in Geograph. Sacr. & Ecclesiast. l. I. c. I. §. 55. p. 62. Magis autem mirandum, quod vir summus ATHANAS. KIRCHER. in OEd. Ægypt. Tom. II. P. I. Class. II. fol. 48. (Ed. Rom. 1652.) Aliique viri docti, quos PETR. BAILE in Lexic. Historic. v. Adam. risui habet, hinc opinioni subscripterint. Porro Rabbini nugantur, Tubal Cainum ab angelo Exaële eductum, de quo supposititius ENOCHI liber de Egregoris refert, quod hominibus ostenderit τὰ μέταλλα τῆς γῆς, οὐ τὸ χρυσὸν πῶς ἐγάσωνται, quomodo metallæ terræ & aurum elaborentur, vid. Fragmenta HENOCHI apud KIRCHER. in Oed. Æg. Gymnas. Hierogl. Class. 2. c. 2. §. 4. SCALIGER. in annot. ad EUSEB. BANG. de Ort. & Progress. Litter. Diss. I. p. 25. sq. (Ed. Cracov 1691. 4.) VOCKERODT. de Societat. Litterar. antediluv. p. 39. sq. FABRICIUS. in Codice Pseudepigrapho V. T. p. m. 183. Unde & ZOSIMUS PANOPOLITA l. 9. χημευτικῶν. apud Syncellum. fol. 13. 14. (Edit. Paris 1652.) & SCALIGER. in Not. ad EUSEB. p. 343. prodit, filios Dei, qui cum filiabus hominum matrimonia contraxerunt, fuisse angelos, eosdemque hominibus postea multas artes & imprimis abditam Chemia scientiam aperuisse: Τέτο δὲ, ἐφασαν αἱ αἰχαῖαι καὶ θεῖαι γεραΦαι, ὅτι ἄγγελοι ἐπεθύμησαν τῶν γυναικῶν, οὐκ ιατρελθόντες ἐδίδαξαν ἀντας τὰ πάντα τὰ τῆς Φύσεως ἔργα & paulo post: Ἐπιν δὲ ἀντῶν ή πρώτη παράδοσις χημᾶ περὶ τέτων τῶν τεχνῶν. Ἐκάλεσαν δὲ τάντην τὴν βιβλὸν χημᾶ: Ενθεν οὐκ ή τέχνη χημία ηλεῖται Sacra & divine scripture angelos dicunt mulieres concupivisse & cum in terram descendissent, eas edocuisse omnia naturæ opera &c. Prima igitur illorum traditio  
fuit

fuit Chema de his artibus. Vocaberunt scilicet hunc librum Chema, unde ars etiam Chemia vocatur. conf. BOCHART. in Phaleg. l. 4. c. 1. p. m. 234. (Ed. Francf. 1681. 4.) CON- RING. de Medicina. Hermet. l. 1. c. 3. FABRICIUS. in Cod. Pseudepigr. V. T. p. m. 305.

## §. 4.

Hisce ergo fabulis Ebræorum Doctorum de scientiis & inventis Chemicis ante diluvium florentibus commotus JOSEPHUS Ant. Jud. l. 1. c. 3. scripsit : Cainum esse inventorem ponderum & mensurarum, quod & POLIDORUS VERGILIUS de Rer. Inventor. l. 2. c. 22. creditit, ad diditque Cainum & inventorem pecuniae quondam fuisse. HOSTVS. Hist. Num. Vet. l. 1. c. 2. Thubal Caino hoc adscripsit inventum, & incertus quidam Autor eo deducet us est, ut publici iuris fecerit librum cui titulus : Promptuaire des Medailles. Lugdun. 1554. 4. qui postea lingua Italica recusus est ib. 1554. apud Guil. Rovillium quem vir doctus quidam & magni nominis ex errore quodam autorem celebravit. In quo quem non delectaret Adamum, Evam, Patriarchas innumerosque alias ligno incisos cernere? Sed cave ad verum expressos existimes; quis enim unquam illorum temporum aut nummos aut imagines vidit, secundum judicium Celeberrimi PATINI. in Hist. Numism. c. 24. p. 184. (Ed. Amst. 1683. 12.) conf. HILSCHERI. Ep. de reliquis Adami apud Fabricium in Cod. Pseudepigr. p. 85. Lamecho jus primæ monetæ tribuit VILALPAND. Apparat Templ. P. 2. l. 2. p. 387. Sed o- mne id quod de numis ante diluvium cusis traditur, nudis fulcitur conjecturis, & sic quia destituitur fundamento, fabulis merito annumerari potest. Interea tamen hoc cer- tum est, statum antediluvianum multo rudiorem describi,

quam fortasse fuerit; quis enim tam facile fidem adhibeat  
asserenti, tantam hominum multitudinem, per duo an-  
norum millia prorsus ineptam fuisse ad excogitanda ea  
quæ posteri paucis seculis invenerunt. E contrario potius,  
multo opportuniorem habuerunt occasionem propter lon-  
gævam vitam & præcellentiorem vita conditionem, inge-  
niis aliquid eruendi; Et dum ita capaces fuerunt, ut ur-  
bes, & respublicas non contemnenda prudentia & dexte-  
ritate exstruxerint, cur non inclinatum ad credendum ha-  
beremus animum, quod homines antediluviani multas  
possederint scientias, licet earum notitia ad nos non per-  
venerit. Certe tam brevi historia ut est Mosaica, non o-  
mnes res levioris momenti comprehendendi potuerunt, ut  
**CLERICUS.** Comm. in Genes. c. 17. fol. m. 145. loquitur.  
Attamen plena incertitudine ducti cum **ABULPHARAFIO**  
in Hist. Dynast. p. m. 8. (Ed. Oxon. 1663. 4.) dicere co-  
gimur: „Dico autem quicquid narrationum de rebus ante  
„diluvium affertur, quod Prophetico sermoni non inniti-  
„tur, meram esse conjecturam atque opinionem, cum nemo  
„sit qui eas memoria prodiderit. „ Nulla alia superest noti-  
tia quam quæ in Sacris Bibliis exstat, nam illi libri qui  
**Adamo** tribuuntur, & inter quos primo loco Chrysopœia  
notanda obvenit apud **TURCK.** in Specim. Hist. Sacr. I. I.  
Sect. 4. p. 48. **DELRIUM** in disquisit. Magic. I. 1. c. 5.  
Qu. I. p. 70. ut & Sethi libri vid. **LAMBEC.** Prodr. Hist.  
Litterar. I. I. c. 3. §. 5. fol. 6. **BUDDEUM.** in Hist. Philos.  
Ebraeor. p. 7. 8. **BRAUN.** in Select. Sacr. I. 5. Exercit. I.  
§. 22. p. 571. (Ed. Amst. 1700. 4.) & pari modo Enochii,  
partim non extantes, partim suppositiij sunt, quod notum  
& observationibus doctissimorum Virorum firmatum est;  
Licet quidam Ecclesiæ Patres se hosce libros propriis ocu-  
lis vidisse scribant, & **BOULDUC.** de Stat. Eccles. ante Mo-  
sem

sem I. I. c. 14. p. 134. imprudenti calamo referat: „ No-  
 „ ab scripta Enocbi diligenter observabat, ac illa reposuit in  
 „ arca diluvii, non minori sollicitudine quam Patris Adami  
 „ & quorundam aliorum ossa &c. „ Sic ergo nullo prorsus fundamine gaudet, quod JOSEPHUS de ponderibus Caini invento & Polydorus de Ihsu Pecuniae ante diluvium affert, nam nihil est insolitum, tam JOSEPHUM quam Vergilium aliquid ex proprio ingenio natum, pro vero & antiquis monumentis fundato, vendere, aut fabulas Rabbinicas sequi, s̄epissime etiam historiis multas circumstantias addere, & a veritate prorsus alienas res immiscere. Hunc morem etiam hac in re secuti, dum in Bibliis legerunt. Thubal Cainum fabrum ferrarium, & ærarium fuisse, statim Cainum inventorem monetæ & ponderum celebrarunt.

## §. 5.

Sed credat quid quisque voluerit, nos omni prorsus certa de rebus antediluvianis notitia destituti, in tam tenebrosis conjecturarum latebris non commorabimur. Certiore hoc nititur fundamento, quod metalli fodinæ quibus sine dubio homines antediluviani usi fuerunt, per diluvii vim destructæ, & posteri eo deducti fuerint ut amissa locorum avriferorum notitia, de novo eruendorum metallorum invento cogitare cogerentur.

## §. 6.

Antiquissimis ergo post diluvium temporibus pecuniae usum nesciebant, ut PALÆPHATUS περὶ ἀπίστων. c. 42. p. 63, (Ed. Upsal. 1663. 8.) testatur. Usquedum tandem metalla recens inventa hominibus Thesaurum restituerent, cuius quoque usus amarus & necessarius omnino permanisset, nisi ipsi homines abusu infaustum illum & odiosum reddi-

reddidissent. Quanto majori autem gaudio homines inventum hoc reperunt, tanto augustiori honore ejus inventores dignos esse judicarunt, unde variæ dissensiones ortæ sunt, cuinam genti imprimis inventum metallorum merito tribuendum sit. Ægyptii inter omnes majori studio gloriam hanc sibi vendicare serio intendunt, assentiente *DIODORO SICULO*, qui *Biblioth.* l. i. c. 15. p. m. 13. (Et *Hanov.* 16II. 8.) scribit: „*In Pretio autem singulare apud Osyrim & Isidem babitos inventores artium & qui alibi quipiam architectarentur. Ideo eris & aurum officinis in Thebaide repertis, fabricata arma, quibus ferreas interficeret, tellurem operarentur, & regionem ad humanitatis cultum studiose redigerent, simulacra quoque & fana deorum aurea elaborarent.*” Et Hermeti propter plurima inventa rerum fatis majori, & hoc adscribunt generi humano redditum beneficium juxta *CHRONICON PASHALE* p. 44. seq. Afferit quoque Vir Cl. *BORRICHUS*, de *Sapient.* Ægypt. l. i. c. 3. §. II. seq. p. 61. seq. (Ed. Hafn. 1674. 4.) ad Ægyptios etiam *Chemiæ originem* referri debere, quia alias nullomodo ostendi posset, unde Ægyptii tantam vim auri & argenti ad argentea templo ædificanda & imagines deorum aureas conficiendas sibi comparare potuissent. Cui asserto autem cum *CONRINGIO*, de Med. Hermet. l. I. c. 3. p. 15. sq. fidem non habeo. Græci Linceum primum Metallorum inventorem vocant, ut *PALAEPHATUS* περὶ ἀπίσων c. 10. p. m. 20. scribit: „λυγκεὺς περὶ ἡράτῳ μεταλλέουν χαλκὸν, καὶ ἀργυρόν, καὶ τὰ λοιπά ἐν ᾧ τῇ μεταλλεύτῃ λύχνος μεταφέρεων ὑπὸ τὴν γην τὰς μὲν κατέλιπτεν ἐμέσος, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν, καὶ τῶν σιδηρον. Linceus primus as, argennum & regulam metalla inquirere occerit, inque ea indagatione lucernas secum sub terras portavit, quas quidem ibi reliquit, ipse

*n ipse interim omne es ferrumque extulit.* „ Vide quoque de Lynceo PLIN. l. 7. c. 56. POLYDOR. VERGIL. lib. 2. c. 19. ALEXAND. SARD. FERRAR. de Rer. Inventor. l. 2. BRUNNERUS. Not. in PALÆPHAT. c. 10. p. m. 117. & innumeri alii hujus inventi honorem sibi comparare al-laborant, qui honor tanto gratior, quanto augustior. Non solum enim nomina inventorum auri &c. æternitati conse-crarunt Gentes, sed & plurimos ad divinum quoddam eve-xerunt fastigium, ut Thubal-Cainum, quem longe post fata nomine Vulcani *hoc honore* omni alio majori donarunt, si alias sententia Vossii, in Theolog. Gentil. Tom. I. l. 1. c. 16. p. m. 124. (Ed. Amst.) veritati non contraria est. Pari modo & Aletes, propter inventas prope Carthaginem novam metalli fodinas, in Deos locum retulit. vid. BO-CHART, in Phaleg. l. 3. c. 7. p. 193. & Chanaan. l. 1. c. 35. p. 690. HENDREICH. de Republ. Carthaginens. l. 2. Sect. l. c. 12. p. m. 300. (Ed. Amst. 1705) testatur hoc locus PO-LTBII. in hist. l. 10, c. 10. p. m. 530. (Ed. Casaub. 1610. 8.) „ *Vulcani dicitur tumulus, proximus Alete, quem fama est propter inventa argenti metalla, Diis immortalibus pares bonores esse consecutum.*

## §. 7.

Licet vero homines possessione metallorum jam fe-lices erant initio tamen ea tractare nesciebant. Quia au-tem societas humana commercio carere non poterat; sæ-pissime etiam quædam gens aliquid possidebat, quo aliis e-gebat populus, necessitate quadam ducti certis rebus pre-tium tribuebant, & illas partim propter raritatem, partim propter pulchritudinem tanti æstimabant, ut cum his o-mnes alias res commutare possent. Inter hæc ex homi-num judicio pretiosa, fructus, mineralia, cruda metalla,

vafa & innumeris alia numerari possunt. Nam adhuc hodie talis mos in Aethiopia viget, ubi quoddam salis genus auro saepe praeferitur, & pecunia locum per omnem regionem obtinet. **ALUAREZ.** in Descript. Aethiop. c. 45. **BOTERIUS.** p. 140. Ludolphi Aethiop. l. 1. c. 7. n. II. Porro apud Indos certum amarulentorum amygdalorum genus ex Persia oriundum nummorum vicem sustinet. **TAVERNIER.** Itinerar. Ind. l. 1. c. 2. fol. 7. & in Append. de Nummis. fol. 2. (Ed. Genf. 1685.) **SPERLING.** de numis non euisis. c. 39. p. 270. In Mexico ubi fructus & semen arboris Cacao, **GAGE.** in Itinerar. p. 84. 145. & in Peruvia ubi folia herba Cocaparem cum metallis usum habent. **A COSTA.** de Nat. Nov. Orb. l. 4. c. 3. **ERASM.** **FRANCISCI.** Spec. artis & Naturæ fol. 711. & tandem in Nova Hollandia ubi Cochlearum domus pecunia loco valent. **DAPPER.** in Descript. Americæ. fol. 151. (Ed. Amst. 1673.) Plurimi autem hominum, permutatione mercium, metallorum, armorum, Clypeorum & pecudum imprimis utebantur. conf. **CASAL.** de Profan. Rom. Rit. c. 17. p. 98. 99. (Ed. Francf. 1681. 8.) **ALEXAND.** ab **ALEXAND.** Gen. Dier. l. 4. c. 15. p. m. 219. (Ed. Francf. 1646. 8.) **BEVERIN.** de Ponder. & Mensur. p. 4. (Ed. Lips. 1714. 8.) Sic enim **HOMERUS** in Odyss. l. v. 430. de Laerte scribit, eum viginti boibus Puellam emissit:

Τὴν πόρε λαέετης πελάσιο κτεατέσσιν ἑοίσι  
Περὶ οὐβην ἐτ σαν εικοσί βοια δ' ἔδωκεν.

Hanc olim Laentes emit facultatibus suis

Juvenula cum adhuc esset: viginti enim boves dedit.

Et Odyss. ξ de Eumeo subulco, qui μεσαύλιον emit servum absente Ulysse:

ον ρα συβωτης  
 Αυτος κτησατε οι αποιχομηνοι ανακι  
 Παρδ αεριμι ταφιω πεια τητεστησιν εσιων.

quem subulcus  
 Ipse comparavit solus peregre absente Rege  
 A Taphiis sane illum emit facultatibus suis.

Huc etiam pertinet locus PLINII. l. 33. c. I. p. 1395. (Ed. Francf. 1608. 8.) „Quantum felicior ero, cum res ipsa  
 npermutabantur inter se: sicut & Trojanis temporibus fa-  
 ctitatum, Homero teste credi convenit. Ita enim ut op-  
 nor, commercia victus gratia inventa, alias coriis boam  
 alias ferro, captivisque rebus emptitasse tradit: quam-  
 quam & ipse miratus aurum estimationes rerum ita fecit,  
 ut centum boum arma permutasse glaucum diceret, cum  
 Diomedis armis novem boum. „ Hoc permutationis  
 genus etiam apud Germanos valebat de quibus TACITUS.  
 de Mor. Germ. c. 5. p. m. 633. (Ed. Lugd. Bat. 1619.) „ In-  
 teriores simplicius & antiquius permutatione mercium u-  
 tuntur. „ Unde etiam Principibus tributum annum  
 non pecunia sed aliis rebus persolvebant teste TACITO. d.  
 l. c. 15. p. 638. „ Mos est civitatibus ultra ac viritim con-  
 ferre Principibus vel armentorum vel frugum (aliquid.)  
 Quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. „

## §. 8.

Multi etiam populi aurum & argentum nihilie facie-  
 bant, & metalla, quæ, aliae gentes fere adorabant, nullo  
 aspectu aut pretio digna aestimabant, quia aliquid multo  
 pretiosius & utilius in pecudum agminibus se possidere pu-  
 tabant. Tali opinione gaudebant Scythæ. HERODOT.

l. 4. p. 325. JUSTIN. l. 2. c. 2. §. 7. AUBAN. de Leg. & Rit. Gent. l. 2. c. 9. p. 114. Armeni, Seres, Massiles, Carmani, & Bambycatii. ALEX. ab ALEX. G. D. l. 4. c. 15. p. 217. d. Ut & Sarmates, MELA. l. 2. c. 1. Litthuani, Brittanni. ALEX. ab ALEX. d. l. AUBAN. d. l. l. 3. c. 7. p. 217. & l. 3. c. 25. p. 361. Prussi. HELMOLD. Xron. Sclavon. & Vandal. l. 1. c. 1. Hiberniæ olim incolæ SOLIANUS. c. 25. Baleares. DIODOR. SIC. l. 5. c. 17. p. 284. RUPERT. Obs. in Flor. l. 3. c. 9. §. 3. p. m. 506. (Ed. 1659) & adhuc hodie incolæ insulæ Madagascar. MANDELSLOH. Itinerar. Orient. l. 2. c. 18. fol. 170. & quorundam Armeniae pagorum. PAUL. LUC. Itinerar. §. 1. c. 24. p. m. 144. Moluccani. SAAR. in Itinerar. p. 44.

## §. 9.

Ceteræ cultiores gentes vero multo majori veneratione metalla colebant, & probe callebant hæc aptissima esse hominum commerciis. Parvum tamen oriebatur dubium, quodnam metallorum genus propter fulgorem & pretiosas proprietates, omnibus præferri dignum esset. Massagethæ argento & ferro honorem præcellentia tribuebant. HEROD. l. 1. p. 125. Marcobii & Æthiopes æs auro pluris faciebant, ex HEROD. AUBAN. d. l. l. 1. c. 4. p. 28. Alilæi & Gasandi pari pretio habebant aurum cum ære & ferro, rationem assert DIODOR. SIC. Bibl. l. 3. c. 45. p. 171. „ Ut autem hoc metalli (sc. auri) genere abundant, „ sic aris & ferri penuria laborant, propriea æquali bac auri „ pondere cum mercatoribus permutant. „ Germani argentum plus quam aurum amabant teste TACITO. de Mor. German. c. 5. p. 633. „ Argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus „ argenteorum facilitior usui est promiscua ac vilia mercan- „ tibus

,,ribus. „ Sinenses argentum auro præponebant quia argen-  
tum semper unum pretium, aurum vero varios gradus  
habet. *LINDSHOT.* c. 2. 3. *HORN.* Hist. Nat. I. 2. c. 10.  
180. *ACOSTA.* I. 4. c. 5. Quam floccii Americani aurum  
fecerint notum est, sed & adhuc hodie Chilenses argentum  
auro tantum quantum nos aurum argento anteponunt.  
*ERASM. FRANCISCI.* in Speculo. I. 3. c. 2. fol. 92g.

## §. 10.

Aurum & argentum tandem omnibus omni honore  
antelatum est, quia jam natura innato splendore ceteris ea  
præfecerat. Plurimæ etiam gentes de simplicite aliquo-  
rum populorum proficiebant & statum regionum suarum  
ad florentissimum evehebant fastigium adjuvantibus divi-  
tuis. Primis crescentis mercaturæ temporibus rudibus me-  
tallorum massis utebantur, ut etiam hoc de Indis & Esse-  
ris tradit *ALEX. ab ALEX.* G. D. I. 4. c. 15. p. 217. b. „ fu-  
„ so are utebantur aut oricbaleo, percurso vero minime. „  
Quia autem massa argenti vel auri non in omnibus impri-  
mis in rebus parvi pretii usum habere poterant, tandem  
porro argenti aut æris partes certo signo percusæ appen-  
debantur, e quibus paulo post numi exorti sunt, quia huma-  
na societas iis nullomodo carere poterat ut loquitur *ARI-*  
*STOTELES* I. 5. Eth. ad Nicomach. c. 8. „ Non ex duobus  
„ Medicis societas fit, sed ex Medico & agricola: & demum  
„ diversis non equalibus: sed hi tamen adequandi sunt. Id  
„ circa omnia ea quorum est permutatio comparabilia quoda-  
„ modo esse debent, & quod unus in usum venit, qui quo-  
„ dammodo medium efficitur, metitur enim omnia: quare  
„ etiam excessum & defectum. & paulo post: „ Nam si nulla  
„ re indigerent homines, aut non similiter efficeretur, ut vel  
„ non esset una omnino & non eadem permutatio. Sed in-

„dignitatem tamen loco ex pacto quasi substituitur nummus,  
 „unde etiam νόμιμα appellatur eo quod non naturae Φύ-  
 „ση sed νόμῳ instituto ac lege constet : in nobisque sit eum  
 „mutare atque inutilem reddere.“ Initio sine dubio cum  
 ruditate quadam cūsi sunt nummi, crescentibus autem tem-  
 pore artibus multo nitidiores exhibebantur. Reges splen-  
 dorem regiminis & rerum gestarum in nummis exprime-  
 bant, ut æternam gloriae apud posteros conservarent me-  
 moriam. Ideo numi tanta estimatione digni habebantur,  
 ut & Pecuniae certi Dii Deæque tributæ. Unde **JUNO MO-**  
**NETA** in inscriptione apud **SPON.** in Miscel. erudit.  
 Antiquit. Sect. 3. fol. 83. & in numo apud **L. BEGERUM.**  
 Thes. Brand. Tom. II. fol. 545. & **APOLLO MONETALIS** in  
 numis apud **OISELIUM.** tab. 37. n. II. & **SPERLING.** de  
 numis non cūsi. c. 34. p. 234. originem ceperunt, mone-  
 taque ipsa, **SACRA & DIVINA** vocata est conf. **SPANHEM.**  
 de Us. & Præst. Numism. Diss. I. p. 18. 19. Veneramus ita-  
 que nummos, quasi res, quæ fausto quodam fato floren-  
 tem apud posteros memoriam **ROMÆ ÆTERNAE, PER-**  
**PETUITATIS ÆTERNITATIS** QVE AUGG. & tot egregio-  
 rum factoriu, Regnorum & Urbium, quæ partim alias alto  
 & obscuro oblivionis antro sepulta jacuisserint, nobis relin-  
 querunt & conservarunt conf. **CASSIODORUS** I. 6. c. 7.  
 Operæ ergo pretium erit, ut quotquot in me est, studeam,  
 primam eorum originem caliginosæ cuiusdam noctis te-  
 nebris immersam, primæ luci restituere, & inventum tam  
 honorificum, merenti populo tribuere, cui id Græcorum  
 loquax **Φιλαντία** impudentiâ intoleranda eripuerat,

## CAP. II.

EBRÆI NULLO MODO INVENTORES  
PECUNIÆ SIGNATÆ VOCARI POSSUNT.

## §. I.

Multi Doctorum non in infimo eruditionis gradu positi, Patribus Ebraeorum venerandis nummorum adscribunt inventum, & quidem ea ex causa, quia in S. Bibliis passim mentio fit, Abrahamum, Jacobum &c. pecunia jam usos fuisse. Ne autem quis miraretur (si hoc inventum statim Abrahamo tribuerent,) unde pecuniæ usus tam celeriter ad alios populos adhuc vivente Abrahamo promanarit; ex antiquiore seculo inventum ad Abrahamum deducunt, & ut tamen Hebræi hujus honoris participes sint, Regu cuius Genes. II. v. 18. mentio fit ab Arabe *ELMACINO*, & filius Regu Sarugus Genes. II. v. 20. seq. ab *ABULPHARAIIO* in Hist. Dynast. p. m. 12. pecuniæ inventor celebratur, verba *ABULPHARAIII* hæc sunt: „ *Dicitur Sarugum modum custendì numos aureos & argenteos ostendisse.* „ Habet autem nihil de hoc Scriptura, nec ullus fide dignus ante *ELMACINUM & ABULPHARIIUM* auctor, & sic conjectura hæc admodum recentis ævi filia apud veritatis amatores non nisi dubiam invenit fidem. Sit *ABULPHARAIUS* Medicus eruditione celebris, sit & Historicus qui multa luce Arabicam collustravit Historiam, attamen & hoc verum est, eum multis ex proprio ingenio natis fictionibus, mundo imposuisse, multaque scripsisse, quæ ejus solum autoritate nixa meritis verbis veritatis gloriam mereri non possunt. Nescio certe, quid me ad credendum impelleret, virum, qui agriculturæ & pecuniæ omnem operam dicit, & pro eorum temporum more camporum amator ru-

sticam egit vitam, ad aliquid inveniendum sibi prorsus inutile, ingenium adhibuisse. Alii hoc inventum tribuant Tharæ patri Abrahæ illum enim optimum fuisse & artificiosissimum fabrum, qui ad petitionem Regis Nini, filii Beli primus mortalium numos fabricaverit existimant. **HIPPOLITUS RIMINALD.** **ALBERICUS de ROSAT.** & **BUDEC.** l. i. de Moneta. c. 2. n. 3. conf. **TAMMIUS** de Jure Monetar. p. 16. Sed nullo fundamento has profert fabellas, quas refutare opera pretium non est;

## §. 2.

Quod autem jam Abrahami tempore pecunia in usu fuerit probatur ex Genes. 20. v. 16. ubi Abimelech gloriatur, se Abrahamum 1000. Keseph donasse conf. **BEGER.** in Thes. Brandenb. Tom. I. fol. 282. Porro ex Genes. 23. v. 15. seq. Sic etiam Jacobi tempore monetæ cujusdam mentio sit Genes. 33. v. 19. c. 37. v. 28. conf. Jos. c. 24. v. 32. Hiob. c. 42. v. II.

## §. 3.

Supersunt autem adhuc argumenta quædam, quæ assertum hoc dubium reddere possent, nulloque modo concedentia existisse pecuniam signatam, qua Abrahamus usus fuisset. Profertur enim Abrahamum & familiæ successores fuisse homines rusticæ vitæ deditos, quæ omnia sibi necessaria per commutationem mercari potuissent; multa porro adducuntur exempla, quæ testantur, posteros Abrahami multo commodius nummorum usum adhibere potuisse in rebus comparandis, quam alias non sine incommodo in eorum locum. Sic enim Juda multo minori incommodo fictæ meretrici numos dare potuisset, qui ejus generis mulieribus multo gratiore sunt, conf. Ezech. 16. v. 31. quam caper &c. Genes. 38. v. 17. Quod ad locum

cum Genes. 20. v. 14. 16. attinet, in textu non invenimus Abimelechum Abrahamum 1000. Keseph. donasse , licet LXX. Interpretes inter alia dona v. 14. *χίλια δίδεαχμα* inserant. vid. CLERIC. Comm. in Gen. ad h. l. fol. 165. sed potius , pretium boum , servorum &c. 1000. Keseph fuisse quod & CAIETANUS. annotavit apud BENEDICT. PERERIUM VALENTIN. in Comm. ad Genes. c. 20. v. 14. Disp. 2. Tom. III. Opp. p. m. 531. Ed. Lugd. 1614. 4. ) Porro verbum Kesita , quod Genes. 33. v. 19. exstat , plurimi Interpretes ovem vertunt , & asserunt Jacobum agrum a filiis Hemor centum ovibus emisse. CLERIC. Comm. ad h. l. fol. 255. SPERLING. de numis non cusis. c. 13. p. 82. Vir doctissimus & Criticus summa eruditione celebris JOH. MERCERUS. Comm. in Job, fol. m. 346. (Ed. Lugd. Bat. 1651. fol. ) locum Jobi c. 42. v. II. pari modo interpretatur , dicens amicos Jobi attulisse ovem inumeris gratia , & probat non legi in Scriptura Hiobum aurum aut pecuniam perdidisse , sed solum domos & armenta &c.

## S. 4.

Facili modo autem omnia hæc in contrarium adducta argumenta destruuntur , nam id quod Abraham pro empto sepulchrali agro dedit Genes. c. 23. v. 15. certe non fuit ovium gress , sed potius argentum signatum. Adhæc probat Vir summus SAM. BOCHARTUS. in Hierozoic. P. I. l. 2. c. 15. p. 433. 434. (Ed. Lond. 1663. ) non fuisse pecudum genus , quo Jacobus in commercio cum filiis Hemor usus fuit. Imo , quia verbum Kesita in nullo alio Scripturæ loco ovem significat , cum tamen innumera loca de re pecuaria aliquid habeant. 2do , omnes Thalmudici , Ebræi interpretes & Grammatici uno ore in hoc consentiunt,

C

unt,



unt, fuisse quoddam nummorum genus. Sic enim explicat R. Akiba in Ros Hassana. c. 3. fol. 26. a. R. Salomo. R. Levi Ben Gerson. Kimchius omnesque alii excepto uno Aben. Ezra. in Jobum cui Kesita est ovicula aut agna. 3to, **תִּשְׁעַר** non esse agnum docet fœminina terminatio, agnam vero si intelligas, sequetur Jacobum pro agri pretio agnas tantum dedisse & Jobum ab Amicis nihil accepisse præter fœminas sine ullo mare. 4to, Permutationes Jacobi tempore jam desierant, & 5to, ille ager dicitur emptus τιμῆς αἰγυρέως. in Act. 7 v. 16. vide etiam quæ affert Pfeifferus in in dub. Vexat. Cent. I. n. 63. p. m. 162. 163. sqq. (Ed. Witt. 1713.) Manet ergo prout arbitror certum, maximam partem frusta argenti a principibus in quorum ditione degreverunt signata fuisse, quorum usum Abraham & successores admiserunt; Habuerunt autem quoque argenti partes forfice dissectas. & adhuc rudes, quod ex eo elucet, quia pondus illorum lance debuit explorari. Genes. 23. v. 16. Hoc non opus fuisset, si argenti frusta certo signo jam notata exstitissent; Et has rudes argenti partes per longum tempus Judæi solum adhibuerunt, ab omnibus aliarum gentium moribus prorsus alieni. Siclus tunc temporis fuit pondus quoddam, non vero moneta, unde & Siclus descendit a Shakal librabat. vid. LEIGH. in Crit. Sacr. V. T. p. 441. (Ed. Lips. 1696.) & multo post etiam pondus permanxit, quo non solum nummi Genes. 43. v. 21. i. Xron. 21. v. 25. Jerem. 32. 28. Zach. II. v. 13. Sed etiam aliæ res ut Cymelia. Gen. 24. v. 22. arma. 1. Sam. 17. v. 7. comæ. 2. Sam. 14. v. 26. pendebantur. conf. GOODWIN. in Mof. & Aar. I. 6. c. 9. §. 18. p. m. 975. (Ed. Francf. 1710.)

§. §.

Cæteros autem Populos jam habuisse signata pecunia  
genus

genus ex eo clarum est, quod Abimelechi pretium munerum suorum 1000 Keseph æstimaverit, quod ad rudes argenti massas nullo modo applicari potest. Quod etiam affirmat Vir doctus OTTO. SPERLING. in tr. de Nummis non cisis. c. I. p. 4. (Ed. Amst. 1700. 4.) Abrahamus vero & Ebræi numis non usi sunt, quia ad Romanorum usque tempora ponderum usum solum retinuerunt, & cum aliis populis hostibus, licet vicinis, nulla exercuerunt commercia, quibus coacti fuissent, usum peregrinæ pecuniæ pari modo admittere. Et sic simul ea corruit opinio, quæ asserit Ebræos esse pecuniæ inventores, dum satis demonstrari potest, eas per totum florentis regiminis, & potentiarum ad splendens fastigium elatae tempus, numos nunquam habuisse. Accedit etiam Abrahamum ejusque majores & successores multis aliis longe utilioribus rebus & conservationi status curas impendere debuisse, quam ut advenæ in peregrina terra & ditione de numimis cudendis cogitarent.

## §. 6.

II nummi quorum in BERESCHIT. RABBA. Parash. 39. mentio fit, supposititii sunt; & huc referri merentur, numi Abrahami conf. Bava Kama. fol. 97. b. Matthesius in Sarepta. p. 148. Bartoloccius Bibl. Rabbin. Tom. IV. p. 159. Basnage. Histoire des Juifs. Tom. III. l. 4. c. 17. §. 9. p. m. 251. seqq. & Tom. VI. §. 26. p. 414. numi Mosis Cornuti, quos exhibent SCHICKARD. in Proœm. ad Tarich. Reg. Persar. p. 34. THOM. BARTHOLIN. in Observat de Unicornu. c. 3. SELDEN. de Jure N. & G. l. 2. c. 6. p. 187. SALMASIUS de Com. p. 79. CARPZOV. de numis Mosis Cornuti. in Disp. Acad. p. 104. FABRICIUS in Cod. Pseudepigr. V. T. p. 867. sq. LAMBECJUS. in Prodrom. Hist.

Litter. l. 2. c. 1. fol. 120. (Ed. Lips. 1710. fol.) Porro numerus Iosuæ in quo parte antica taurus, & postica unicornu exprimitur, numus Davidis cum pedo & pera .)(. turri, omnesque alii Davidis & Salomonis numi quos vide in Bava Kama fol. 97. conf. GABRIEL de SIMEONIBUS. p. 197. CONRING. de numis Hebræorum p. 66. WAGENSEIL. in Sota. p. 575. seq. CAROL. JOSEPH. IMBONATUS. in Biblioth. Hebræo-Latina. p. 212. & 306. BARTOLOCIUS Bibl. Rabb. T. IV. p. 164. Basnage Histoire des Juifs. Tom. III. l. 4 c. 17. v. 8. p. m. 252. (Ed. Rotterd. 1707. 8.) & Tom. VI. §. 26. p. 415. (Ed. Rott. 1711.) numus Mardochai ubi saccus in cineribus devolutus in adversa, & corona, aut Regina Ester ut VILLALPANDUS in Apparat. Urb. & Templ. P. 2. l. 2. disp. 4. c. 27. fabulose addit, in averfa parte exstat, conf. SPERLING. de numis non cisis, c. 15. p. 95. Nam sole meridiano clarissus ex Rabbinis ostendi potest, Judæis nullo modo licitum fuisse, imaginem hominis aut animalis facere, aut vasis sive aliis materiis fixis insculpere. Probat hoc innumeris locis & argumentis SELDENUS in Jur. N. & G. juxta disciplin. Ebræor. l. 2. c. 6. p. 183. seq. c. 7. p. 209. seq. c. 8. p. 216. Ex hoc etiam de Salomone scribunt Ebræorum Doctores & JOSEPHUS in Ant. Jud. l. 8. c. 2. „, a prescripto legum discessit, quando areas „, boum effigies basi maris addiderat, sicut solio suo leonum „, post apposuit; „, quibus adjicit: ἐδὲ γὰρ αὐτὰ ποιεῖν ὅσιον. „, neque enim illa facere fas erat. „, Imo Judæi Legatos miserunt Tiberias, cives ambiendi gratia, ut diruerent Patium ab Herode Tetrarcha magnifice exstructum, „, quod „, animalium habebat imagines, cum ita quid exstruero ex lege „, esset interdictum. „, JOSEPH. in Vita sua. quæ diruio extemplo etiam facta est. Multo minus tali modo credamus,

mus, Ebræos figuræ in nummis cudi passos, cum è domo-  
rum parietibus prorsus eas extirparint.

## S. 7.

Nullus ergo signatae monetæ apud Judæos usus floruit,  
& siclus solum ponderis genus permanit, probante hac contra *SCACCHUM*. Myrothec. l. 2. c. 3. *RELANDO* viro propter multifariam eruditionem incomparabili in tr. de nummis Samaritanis. Diss. I. p. 49. qui & simul cum *CÖRNINGIO* in Paradox. de nummis Ebræor. & *SPERLINGIO*. in tr. de nummis non cusis, c. 7. asserit, Judæos ante Babyloniam captivitatem, siclos nondum cudisse, imo exten-  
dit hoc in diss. I. de nummis Samarit. p. 7. usque ad tem-  
pora Christi, & omnes siclos, qui ante hæc tempora cusi pro-  
feruntur, suppositios esse, affirmat. Statuo quidem cum *WAGENSEILIO*. in Comm. ad tr. Sota. p. 275. & *PATINO*. Introd. ad Hist. Numism. c. 12. p. 83. plurimos siclos, qui  
hodie circumferuntur falsos esse, sed eos qui alias genui-  
nam antiquitatis notam habent & circa tempora Hasmonæ-  
orum cusi, fictitious esse haud judico. Simon enim pri-  
mus Judæorum fuit, cuius insigni rerum gestarum gloriæ  
summum hoc accessit complementum, ut ex singulari pri-  
vilegio Regis Antiochi ei permisum fuerit, nummos in æ-  
ternum nominis & honoris monumentum cedere. I. Mac-  
cab. 15. v. 5. 6. Et adhuc hodie multi sicli, qui Simoni Pon-  
tifici originem debent, supersunt & æri incisi exstant apud  
*HARDUIN*. in Xronolog. V. T. in Opp. Sel. fol. 601. 602. 603.  
(Ed. Amst. 1709. fol.) Errat *MORINUS*. in Exercit. de  
Linguis. c. 9. p. 259. dicens, ignotum adhuc esse, quo Samari-  
tanis inscriptionibus signati numi referri debeant, quia  
nullum tempus aut annus quo cusi, in nummis exstaret;  
*HARDUINUS* enim in Chronol. V. T. fol. 602. in Opp. &

**RELAND.** diss. I. p. 45. satis ostenderunt, omnes non plane  
cæcos & Ebrææ linguae ignaros annum & tempus in numis  
satis luculenter cognoscere posse. Lapsus est quoque **OTTO SPERLINGIUS.** de numis non cisis. p. 101. c. 16. dum  
profert Inscriptiones in hisce numis tam ineptas esse ut nul-  
lo modo explicari possint. Opposuit ei contrarium **RE-  
LAND.** Diss. I. p. 47. & ad oculum demonstravit, hasce  
inscriptiones nulla obscuritate, sed potius clara littera &  
luce gaudere. Varia de numis Samaritanis genera, *figuris  
humanis*, templis, urnis mannae, palmis &c. signata, quæ  
plurimam partem ad Simonem Pontificem referuntur æri  
incisa videri poslunt apud **KOCH.** in diss. de Nummor. E-  
braicor. in script. Samaritan. (Helmst. 1712. 4.) **EISEN-  
SCHMID.** de Pond. & Mensur. Pecuniæ Vet. tab. I. p. 144.  
**RELAND.** Diss. 5. de Nummis Samarit. p. 166. & 208. in  
**ACT. ERUD.** LIPS. 1709. fig. 5. p. 418. **SCHMID.** de Re Mo-  
netal. Vet. Ebr. §. 28. **WALTON.** n. 9. Apparat. ad Bibl.  
Polyglott. Sect. 2. Suppl. fol. 38. n. 10. **STEPH. MORIN.**  
Exercit de Linguis. c. 9. p. 280. n. 1. 4. & c. 9. p. 302. n. 6. 7.  
8. **HARDUIN.** in Chronol. V. T. in Opp. Sel. fol. 602. &  
passim. Magnus Siclorum & nummorum Samariticorum  
thesaurus in Cymeliarchio Mediceo asservatur conf. **EZ.**  
**SPANHEM.** de Uſ. & Præſt. Numism. Diss. 4. p. 335. (Ed.  
Amst. 1671. 4.) In siclis ut plurimum videmus virgam A-  
aronis, urnam Mannæ, thuribulum cum fumo inde ascen-  
dente, Palmam &c. cum hac epigraphe Hakkeduschha  
Hierosolyma: Hierosolyma sancta, & altera parte: Sche-  
chel Israel. Pondus Israelis. vide siclos æri incisos cum  
descriptione apud **R. AZARIAM.** Menor Enaiim. p. 171. **MOS.**  
**NACHMANID.** in Pirush Tora. fol. 342. b. **ANTON. AU-  
GUSTIN.** Dial. 2. **CASP.** **WASER.** de Antiq. num. Ebræor

- l. 2. c. 3. *JOH. MORIN.* in Pentateuch. Samaritan. Exercit.  
 2. c. 10. *JOH. BAPT. VILLALPAND.* in Apparat. Urb. &  
 Templ. *P. 2. l. 2. Diff. 4. c. 27.* *SELDEN.* in Jur. N. & G.  
*l. 2. c. 6. p. 193.* *PATIN.* Histor. Numism. *c. 12. p. 82.* *JOH.*  
*LEUSDEN.* in Philolog. Ebræo mixto. *Diff. 18.* *GEORG. de*  
*SEPIBUS.* in Descript. Musæi Roman. Colleg. Soc. Jes. *P.*  
*III. c. 1. fol. 48.* (Ed. Amst. 1678. fol.) *KIRCHER.* in Oed.  
*Æg. Tom. II. P. I. fol. 98. seqq.* *SPANHEM.* de Us. & Præst.  
 Numism. *Disp. 4. p. 334.* *HOTTINGER.* de Cippis *tab. 6.*  
*n. 1.* *JOH. BRAUN.* in Select. Sacr. *l. 2. c. 5. §. 65. p. m. 216.*  
*SPERLING.* de numis non cusiſ. *c. 16. p. 99. seqq.*

### CAP. III.

## LYDI NON FUERE INVENTORES NUMMORUM.

#### §. 1.

Inter gentes Asiaticas imprimis Lydi ea Præcellentia gloria donati sunt, ut ad eos inventum Pecuniæ referatur ab *HERODOTO.* *l. 1. c. 94. fol. m. 41.* (Ed. Lond. 1679. fol.) qui ita loquitur. „Περῶτοι δέ αὐτοὶ θεώπων τῶν ἡμεῖς ὕδην, νόμισμα χρυσὸν καὶ ἀργύριον κοψάμενοι ἐχενταῖσι. „Hi primi eorum quos novimus nummum aureum argenteumque ad utensilium percusserunt. „Et hoc loco imprimis firmatus Vir Doctissimus *OTTO SPERLINGIUS* de nummis non cusiſ. *c. 21.* ostendere conatur, Croesum nummos cudiſſe, qui a posteritate in memoriam rei Κεοίσεοι σατῆρες vocati effent. Horum & *HERODOTUS* meminit. *l. 1. p. 47.* (Ed. Francf. 1594.) „ac rursus mitteret Delphos ad Pythiam dona in singulos viros quos illic multos esse audiebat, binos auri state- res. „Meminit etiam Staterum Croesi *POLLUX* dum scribit. *p. 437.:* Καὶ ἄλλως ἥδη ἤκαστεν οἱ Κεοίσεοι σατῆρες.

#### §. 2.

Pulcherrima se offerebat occasio Lydis immensam vim auri & argenti possidentibus. Summa enim cum admiratione id quod HERODOTUS. l. 1. tradit, de copiosis Crassi divitiis & insolitis ac pretiosissimis muneribus, quæ Oracle Delphico obrulit, legimus. Ipsi perennes fontes & divites venæ, quæ tantam auri vim in annum quasi tributum reddebant in Lydia erant. Nam non solum mons Tmolus multo abundabat auro. HERODOT. l. 1. c. 93. fol. 40. (Ed. Lond.) Sed etiam varia flumina, ut Pactolus, qui & Ladon vocatur VARRONI in Hecatombe: „Ladon „fluens sub sardibus flumen, tulit aureum later. „ut & Hermus. vid. BOCHART. in Phaleg. l. 2. c. 12. p. 99. SALMAS. in Plinian. Exercit. ad SOLIN. Polyhist. Tom. II. fol. m. 837. (Ed. Paris. 1629. fol.) De his auriferis fluminibus & Poetæ multa scriptis suis inseruerunt ut VIRGIL. l. 10. Aen. v. 141.

*Maonia generose domo, ubi pinguisa culta  
Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro.*

JUVENAL. Sal. 14. v. 299.

*Quod Tagus & rutila volvit Pactolus arena.*  
CLAUDIAN. l. 1. in Ruffin. v. 102.

*non stagna rubentis  
Aurea Pactoli, totumque exhauserit Hermum  
Ardebit majore siti.*

id. in Consulat. Probin. l. 1. v. 52.

*quanto pretiosa metalli  
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta  
Despumat rutilas dives Pactolus arenas.*

§. 3.

## §. 3.

Sed concessis his omnibus, tamen non est verisimile, primos Lydos tam capaces & ingenio præstantes fuisse, ut nummorum usum excogitarent omnium in hoc studio felicissimi. Nam non solum obstat, quod plurima pars Lydorum summa adhuc ruditate & morum fuerit atrocitate, & armorum strepitum & equitatus exercitia solum amarit, sed etiam quod nulla cum maritimis & vicinis gentibus exercuerit commercia, nec nauticas artes calluerit, ita ut veritati consentaneum satis videatur, Lydos in antiquissimis temporibus, nullam ut numos cuderent operam adlubuisse. Adhæc non tam antiquo nomine gaudet Lydorum regnum. „nam sardes Lydorum regia rebus Trojanis recentior juxta STRABON. Geogr. l. 13. p. 625. d. & amplæ Mæoniæ solitudines rusticos primum exceperunt homines, e latiss jam ad pulcherrima florentissimi status culmina Phœnicia & Canaanis regnis & civitatibus, Abi-Melecho quoque divitis populi Rege jam uso pecunia signata, cum incondita tum temporis Lydorum turba vix agros colendi facultates haberet, & parvis tuguriis & tenui viçtu contenta barbaram adhuc vitam ageret,

## §. 4.

Hoc tam præcise non nego, sed mollius solum abnuo, Lydos tandem numos cudere incepisse iis temporibus cum Halyttes & Cræsus armis regnum Lydorum extulerunt, & tot gentes Sardem regiam venerari potentiamque dominantem & splendentia Mæoniæ scepta colere coactæ fuerunt. Accidit autem eo tempore, cum numos cudendi peritia plurima ante secula in Græcia jam notissima esset, ut numi Phidonis aliorumque jam dia communi usui in-

D ser.

servirent, Lydorum nomine vix aliis & Græciæ regionibus noto. Multo citius ergo credamus, Cræsum autem alios per commercia cum Græcis habita, hanc simul artem accepisse, quam magnos & ultimos Lydorum Reges inventores rei cujusdam fuisse, quæ jam longe ante eorum tempora omnibus fere cultioribus regnis innotuit.

## §. 5.

Nullus adhuc superest numus priscorum Lydiæ Regum temporibus signatus, cum plurimos & antiquissimos de Græcis habeamus. Ii quos de Lydicis numis videmus, multo recentiori seculo a civitatibus & Rebus, quibusdam Romanorum potentia jam dominante, cusi sunt; Si enim adhuc sub Regibus Mæonum signati fuissent sine dubio & nomen & effigies Regis extaret, hoc enim tunc temporis maximo usu venerat; sed hanc antiquitatis notam in nullo Mæonum nummo adhuc cognoscere licuit. De his qui ad huc ostenduntur, unus, quem adducit SPANHEMIUS ex thesauro Pembrokiano, antiquitatis ulterioris speciem habet. Signatus enim est effigie senis cujusdam cum barba promissa & Tiara Phrygia cum ep. AT. Quod Spanhem explicat Atys & putat numum hunc ab antiquissimo illo Lydiæ Rege Ati cusum. Sed probabilius multo est sententia quem & Vir CL. BASNAGE in Histoire des Juifs. Tom. VI. §. 26. p. m. 436. fovet nummum hunc præsentare effigiem Atys Sacerdotis Cybeles, quod ex barba promissa & tiara Phrygia, bene facerdoti non autem Regi convenienti, claram esse potest. Unum adhuc commemoratu dignissimum deprehendimus, in quo parte adversa caput viri barbatum, sine dubio Herculis & aversa Omphalem

*Clavamque gravem spoliumque leonis  
ferentem adspicimus cum epigraphe; MAIONAN. apud  
LAV.*

**LAURENT. BEGER.** in Thes. Brandenb. Tom. 1. fol. m. 500.  
 (Ed. Colon. March. 1696. fol.) „ Jardani filia fuit Om-  
 „ pbale Lydoru*m* Regina, cui *Tmolus conjux moriens regnum*  
 „ reliquit „ **APOLLODOR.** l. 2. p. 135. Huic Reginæ jussu  
 Oraculi in triennium propter occisum Jphitum in servitu-  
 tem traditus est Hercules, qui strenuum Omphales servum  
 agens, latrociniis terram infestantes castigavit, multaque  
 tam fortia quam mollia facta peregit, usque dum Ompha-  
 le insignem viri virtutem admirata, ubi quis esset & quibus  
 genitus cognovit, in libertatem vindicatum, thori consor-  
 tem fecit, & Lamon, aut Laomedem aut Agelaum ut scri-  
 bit **APOLLODORUS.** l. 2. p. 151. ex eo suscepit. **DIODOR.**  
**SIC.** l. 4. c. 31. p. m. 226. **NATAL. COM.** l. 7. c. 1. p. 699.  
 Hæc autem quæ **DIODORUS SICULUS** & **OVIDIUS** Ep. 9.  
 v. 77. seqq.

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas  
 - - - & dominæ pertinuisse minas.

tradunt & **LUCIANUS** in Dial. Deor. p. 208. profert, Her-  
 culem ab Omphale verberibus affectum esse, merito fabu-  
 lis accenseri possunt, nam **PALÆPHATUS** scriptor anti-  
 quisimus & non tam sublestæ fidei ut **DIODORUS** ex-  
 pressis verbis scribit περὶ ἀπίστων c. 45. p. 66. mendaces esse  
 eos homines, qui scribant, Herculem Omphales servum  
 unquam fuisse, & affirmat, Alcidem ut Regem & Ompha-  
 les maritum, cum quo propter fortitudinem & potentiam  
 matrimonium contraxerat Regina, Lydis imperasse, Lao-  
 medemque ex hoc conjugio genitum. In memoriam hu-  
 jus tam illustris Herculis & Omphales amoris ex quo tam  
 magni posteri, Reges potentissimi usque ad Crœsum pro-  
 gnati sunt juxta **APOLLODORUM** lib. 2. p. 151. Lydi hunc  
 elaborari numum curarunt, sed longe post tempora Her-  
 culis,

culis. Vocantur in hoc & plurimis numis Mæones, hoc enim nomen olim tulit Lydia teste *STRABONE*. qui l. 12. Geogr. scribit : „*Tbebes campum Lydi (occupabant) qui tum dicabantur Mæones.* „ *DIONTS. HALTCARNASS.* Ant. Rom. l. 1. p. m. 40. „ *Hunc Lydum genere antiquis admodum temporibus migrasse e regione tum dicta Mæonia.* „ *& PLIN. N. H. l. 5. c. 29. p. m. 232.* (Ed. Francf. 1608. 8.) „ *Lydia autem perfusa flexuosis amnis Mæandri recursibus super Ioniam procedit, Phrygia ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysie, meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia ante appellata.* „ Originem habet nomen a fluvio Mæandro sive Mæone, a quo Magnus *BOCHARTUS* in *Phaleg.* l. 2. c. 12. p. 97. summa eruditione & plurimis rationibus natus deducit, assentiente *STEPHANO*, qui sic scribit : „ *Μαιονία, ἡ λυδία ἀπὸ Μαιονος ποταμοῦ. Mæonia, Lydia a Mæone fluvio.* „ Non autem in memoriam Regis Mæonis Mæones vocati sunt Lydi juxta *CLAUDIAN.* in *Eutrop.* l. 2.

- - - - -      *dicti post Mæona Regem*  
*Mæones*      - - - - -

Fuit hic Mæon Rex Phrygiæ & Lydiæ, Cybelesque pater ut tradunt *DIODOR. SIC.* l. 3. c. 58. p. 183. *EUSEB.* de *Præp. Ev.* l. 2. Ostendit autem *BOCHARTUS.* d. l. p. 95. nunquam Mæonem quendam vixisse, multo minus in Lydiæ regnasse. Mansit nomen Mæoniæ civitati cuidam Lydiæ adhuc recentiori seculo, unde Johannes Mæoniæ Episcopus Epistolæ Synodali hujus Provinciæ subscriptis. conf. *CAROL.* & *S. PAULLO*, in *Geogr. Sacra.* l. 9. fol. m. 235. (Ed. Amst. 1703. fol.) In plurimis Lydorum numis vocantur Mæones, sic enim videmus in numo Neronis Deum Lunum cum ep. *MAIONON.* Bacchum Mæonum in numo Severi Alexandri, Dianam

Dianam Ephesiam Mæonum in nummis apud BEGER. in Thes. Brandenb. Tom. I. fol. 60. & Tom. III. fol. 79. Porro Mercurium, Palladem, Cererem, Caput Jovis, Junonem velatam, Herculem & fortunam in nummis MAIONΩΝ. apud SPANHEM. Diff. 3. p. 222. HARDUIN. in Numm. antiq. Pop. & Urb. in Opp. fol. 99. (Ed. Amst. 1709. fol.) Sardes etiam vocatur prima Mæonum civitas CAP. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ. apud HARDUIN. d. l. fol. 99. ut & ΣΑΡΔΙC ACIAC, ΛΤΔΙAC, ΕΛΛΑDOS, ΑΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. in nummis apud SPANHEM. Diff. 9. p. 887. & in Callimachum. Obs. p. 298. Ed. Ultraject. 1697. OCCON. pag. 137. HARDUIN. d. l. fol. 149. SPON. in Itinerar. P. I. fol. 119. HOFMAN. in Lexic. Tom. IV. fol. 66. (Ed. Amst.) Cæteros nummos, qui ad Lydos referri queunt, aut Urbs Sardes cudi curavit cum effigie Veneris, Bacchi, Matris Deûm &c. & epig. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ejusmodi nummos vid. apud HARDUIN. d. l. fol. 149. 150. PATIN. fol. 102. SEGUIN. p. 23. BEGER. in Thes. Brand. Tom. I. fol. 501. & Tom. III. fol. 60. SPON. in Itinerar. P. I. tab. 3. n. 7. fol. 118. (Ed. Nurnb. 1690. fol.) aut Urbs Tmolus, cuius mentio sit apud TACIT. l. 2. Annal. c. 47. p. 75. Sita fuit in monte Tmolo juxta Plin. l. 5. c. 29. ubi adhuc hodie hæc. exstat inscriptio :

ΦΙΛΗ ΤΙΜΩΛΙΣ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ  
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΙΒΕΡΙΟΝ  
ΚΑΙΣΑΡΑ.

SPON. in Itinerar. P. I. fol. m. 110. In numis hujus urbis videntur parte antica ΤΜΩΛΕΙΤΩΝ nomen expressum, parte postica autem caput senile & barbatum cum ep. ΤΜΩΛΟΣ. & in alio Faustinæ nummo parvam Dianam cum ep. ΤΜΩΛΕΙΤΩΝ. apud SPON. Itinerar. P. I. fol. 119. HARDUIN. in Numm. Pop. & Urb. fol. 170. Postremo adhuc

fluvius Hermus in nummo ΚΑΙΤΘΗΝΩΝ expressus est apud HARDUIN. d.l. fol. 147. Hæc est series fere omnium numerorum, de quibus adhuc a Lydis relictis nobis gratulari possumus, & qui omnes a civitatibus singulis aut universo Lydorum populo cusi sunt, quod verbum ΔΗΜΟC in quibusdam testatur. BEGER. Thes. Brand. Tom. III. fol. 60. Nullam in his omnibus invenimus genuinam notam, quæ nobis persuadere posset Lydos fuisse olim pecuniæ & numerum inventores, unde & in hac re testimonium HERODOTI, qui mundo jam multis fragmentis imposuit, ut CTESIAS apud PHOTIUM, STRABO & DIODORUS non uno in loco, GELLIUS, PLUTARCHUS in libro de malignitate HERODOTI, JOSEPH. contr. Appion. l.i. p. 1035. LAERT. in Proœm. Segm. 9. p. 7. (Ed. Amst. 1692. 4.) probant, rejicimus, & judicante CICERONE. qui de Leg. l.i. scribit: „ Apud Herodotum Historia patrem sunt innumerabiles fabulae „, & hanc de Lydorum invento optimo jure ad tales referimus fabellas.

## CAP. IV.

## GRÆCIS NON ADSCRIBI POTEST PECUNIÆ SIGNATÆ INVENTUM.

## §. I.

Post Lydos etiam variis adhuc inventum pecuniæ autores tribuunt, sic eniū COELIUS RHODIGINUS Hermodicem Midæ Regis Phrygiæ uxorem, quam cum marito in Gemma exsculptam exhibit LAURENT. BEGERUS in Thes. Brandenb. Tom. I. fol. 23. hoc honore extollit, sed nullo fundamento nixus. Alii ad Thessalos referunt vid. HORN.

in

in Histor. Natural. lib. 2. c. 10. p. 105. & quidem ad Regem Jonum ut aut Jtonum LUCAN. l. 6. v. 402.

Primus Thessaliae Rector telluris Itonus  
*In formam calidæ percusit pondera massæ;*  
*Fudit & argentum flammis, aurumque moneta*  
*Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.*  
*Illic quod populos scelerata impegit in arma*  
*Divitias numerare datum est. - - -*

Numeratur etiam inter monetæ inventores Erichtonius  
juxta POLLUCEM. l. 9. c. 6. quod etiam innuere videtur  
PLINIUS. l. 7. c. 56. dum scribit: „ Argentum invenit  
„ Erichtonius Atheniensis, ut alii Eacus. „ Fuit autem hic  
Erichtonius Vulcani filius, septingentis annis Phidone anti-  
quior, qui pariter & per alia inventa celebre sibi compa-  
ravit nomen, sic enim Curule certamen primus instituit  
juxta VIRGIL. in Georg. l. 3. v. 113.

Primus Erichtonius currus & quatuor ausus,  
*Jungere æquos rapidisq; rotis insistere victor.*

Et AELIAN. Var. Hist. l. 3. c. 38. PERIZON. Comm. in b. l.  
Tom. I. p. 271. Porro & Παναθηναϊα initio dicta Αθηναϊα  
conf. HARPOCRATION. in Παναθ. MEURSIUS in Pana-  
thenæis. JOH. FASOLD. de Festis Græcor. Dec. 12. n. 5.  
p. 283. PERIZON. in Not. ad AELIAN. l. 3. c. 38. p. 271. du-  
biā autem auctores de his omnibus afferunt notitiam, ut  
& POLLUX. l. 9. c. 6. p. 437. testatur, cui non esse operæ  
pretium videtur inquirere. „ Utrum Phidon Argidus num-  
„ mum primus excuderit, commerciū an alee adminiculo?  
„ an Erichtonius Atheniensibus & Lyciis, an Lydii ut ait Xe-  
„ nophanes? aut Naxii ut Agostenes.

## §. 2.

Subscriptissse videtur Vir Summus LAUR. BEGERUS, in Thes. Brand. Tom. II. fol. 527. illi sententia, quod Erichtonius inventor monetæ celebrandus, licet sibi ipse contradicat, alio quodam loco Phidonis numos antiquissimos nominans. Ad sunt autem varia loca, quæ assertum hoc fulcire possunt jam ante Phidonis tempora numos in usu fuisse. Sic enim scribit PALAEPHATUS περὶ ἀπίστων. c. 32. p. m. 50. Perseum ab expeditione in Gorgonum insulas redeuntem a Seriphis pecuniam postulasse; locus est hic:

„ἐν ταύτῃ δὲ παραπλέων χειματα παρὰ τῶν νησιοτῶν εἰσε-  
„πρεστήσθι. καὶ τὸς μὴ διδόντας αὐτῆς. οὗτος δὲ καὶ τὸς Σε-  
„ριφίους ἦτει προσπλεύσας ἐκείνοις χειματα &c. Qua cir-  
„cumnavigans pecunias ab Insulanis exegit & qui dare re-  
„cusarent morte affecit. Ita a Seriphis quos accessit cum  
„numos detinisset &c.,” Perseum autem longe ante Phido-  
„nis tempora vixisse ostendit CLEMENS ALEXANDRIN.  
Strom. l. 1. p. 335. „A diluvio (nempe deucalionis) ad in-  
„cendum Ide & inventionem ferri & Ideos dactylos ut di-  
„cit Thrasylloς anni 73. Ab incendio Ide ad rapuum Ga-  
„nymedis anni 65. Inde ad Persei expeditionem, quando  
„glaucus Isimia constituit ob Melicertam, anni 15. ab expe-  
„ditione Persei ad Troje conditum anni 34.” Porro ex-  
stat locus THUCYDIDIS scriptoris Gravissimi de Pello Pe-  
loponnesi. l. 2. p. 110. qui tradit jam Theseum pecunia u-  
sum fuisse, sic enim scribit: „Theseus ac regnum ade-  
„ptus (vir prudens & potens) cum aliis in rebus regionem  
„excoluit, tum etiam concilia & magistratus aliarum ur-  
„biuum sustulit, omnesque in unum concilium & Prytanæum  
„Athenis coegit. Singuli res suas, ut ante possidebant, sed  
„una hac civitate uti necesse erat; in quam cum omnes jam  
„convenirent pecuniamque ad usus publicos conferrent,

,, au-

„auctior illa posteris a Theseo tradita est. „ Theseus quoque multum Phidonis tempora antecessit, nempe annis 438. ut & Pelops qui Peloponeso nomen dedit teste *DIDODORO*. *SIC.* l. 4. c. 76. p. 262. & de quo *PLUTARCH*. in *Theseo*. p. 2. a. tradit: „ *Pelops non magis vi pecunia, quam multitudine liberorum Regibus Peloponensis prepoluit.* „

## §. 3.

Sed omnia haec loca nihil probant, nam *χρήμα*, quo verbo *PALÆPHATUS* utitur, significat opes aut divitias non autem absolute pecuniam, ut *BRUNNERUS* cuius versionem adhibui, explicat. Sic etiam pecunia plurimam partem a scriptoribus latè pro opibus, auro aut argento sumitur. Ostendunt porro varia loca gravissimorum scriptorum, iis temporibus pecuniae usum Græcis nondum innotuisse, sic enim scribit ipse *PALÆPHATUS* *Historicus* Homero antiquior a quibusdam habitus in libro de *Incredibilibus*. c. 42. p. m. 63. de exstrunctione Thébes: „ *ἀεγύειοις μὲν δὲ ἐν τότε ὅι ἀνθεωποι. Nulla adhuc tum temporis inter homines erat pecuniae usura.* „ & alio loco de temporibus Regis Ceton qui tempore Laomedontis Regis Trojani vixit, tradit: c. 38. p. 55. „ *ἀεγυεῖοις μὲν δὲ τότε ἀνθεωποι ἐκ ἔχειντο, ἀλλὰ σκένεσται. Προστέταξε δὲ ὁ Βάσιλευς, ὡς ονομα Κῆπων, τῶν πόλεων τινας μὲν ἵππους διδόναι, τινας δὲ κόρας. Neque enim argento tunc temporis utebantur homines, sed suppellectile tantum & utensilibus. Rex itaque qui Ceton vocabatur, civitates quidam alias jussit sibi equos dare, alias vero puellas.* „ *HOMERUS* quoque scribit, *Iliad.* 7. in fine. permutationes adhuc tempore Trojani belli in usu fuisse:

Νῆσος ἐκλήμενοι παρέστησεν διονάγγοσται,  
 Ἐγενόμενοι καὶ οὐκομόωντες αὐχαῖοι,  
 Άλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δὲ αἰδώνει σιδήρῳ  
 Άλλοι δὲ ρωϊσι, ἄλλοι δὲ αὐτοῖσι βόεστιν,  
 Άλλοι δὲ αὐδερπόδεστιν, τιθεντες δὲ δαῖτα θα-  
 λάσσαν.

Affluit ex Lemno ratisbus tum copia vini,  
 Unde reportabant criniti vina Pelargi,  
 Eris quidam, alii fulgentis munere ferri,  
 At scutis alii, pars bobus mancipiis ve-  
 Mutabant pasim, & convivia lata parabant.

conf. Inst. §. 2. de Empt. & Vend. Tradit' etiam locus  
 PAULANIÆ Lacedæmonios tempore Regis Polydori nullam  
 habuisse monetam, sic enim loquitur. l. 3. p. 181. 182. „ In-  
 ter alia decretum est ut magistratus instrumenta publica  
 Polydori imagine obsignaret. Illius domus de uxore ejus  
 publice empta Boώντα dicta, quod boves pretium fuere;  
 nondum enim erat nummus argenteus aut aureus. „ Si-  
 gnata jam erat tum temporis Phidonis moneta, nondum  
 notus autem erat ejus usus, & cum etiam ad Lacedæmo-  
 nias promanaret, vi legis Lycurgi rursus expulsus est. Ad-  
 est quidcm nummus æneus, quem exhibet GOLTZIUS. in  
 Magn. Græcia. tab. II. ΛΑΚΕΔΑΜΟΝΙΩΝ, in quo πΟΛΤΔΩΡΟΥ  
 Regis caput laureatum, & aversa parte Eques hastatus ho-  
 sti prostrato incumbens. Longo autem tempore post cu-  
 sus est hic numus in memoriam Polydori Regis virtutum  
 laude immortalis. Satis ergo ex his omnibus patet Græ-  
 cos ante Phidonis tempora nulla signata moneta usos, &  
 omne

omne hoc quod de alio inventore artis nummariae apud Græcos traditur, veritati contrarium esse.

## S. 4.

Inter omnes Græcorum gentes honor hic merito ad Æginenses referendus est, qui propter insignem fortitudinem jam celebre nomen apud HEROD. l. 9. c. 93. habent. Possidebant autem Æginenses insulam admodum sterilem & ad agriculturam prorsus ineptam. STRABO. Geogr. l. 8. p. 367. 375. Unde mercaturæ operam dabant illamque jam longe ante Lycurgi tempora exercebant. PAULAN. in Arcad. c. 5. Primaria hæc fuit causa inventi nummorum juxta sententiam Viri Cl. PERIZONII. in Not. ad AEL. Tom. II. p. 681. & gloriæ, quam Æginensibus tribuit AELIANUS dum scribit Var. Hist. l. 12. c. 10. p. 681. (Ed. Lugd. Bat. 1701. 8.) „καὶ περῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο, καὶ ἐξ αὐτῶν οὐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον. Primi etiam numisma percusserunt & ex ipsis Æginense numisma vocatum est. Signavit autem primum hoc Ægimensorum νόμισμα Phædon aut Phidion juxta EPHORUM, Rex tunc temporis totius Peloponnesi. vid. STRABON. l. 8. p. 376. a. ALEX. ab ALEX. G. D. l. 4. c. 15. p. 215. b. PERIZON. in AEL. Tom. II. p. 681. SPERLING. de numis non cufis. c. 1. p. 6. 7. 8. 9. Probatur quoque hoc ex antiquo marmore quod celebriores Græcorum Epochas continet & extat inter Marmora ARUNDELLIANA. in quo hæc legimus v. 45. 46. „A quo Phidion Argivus Argis Rempublicam administrabat, mensuras & pondera fecit, & nummum argenteum in Eginacudit, „conf. PERZON. d. l. T. II. p. 681. SCHOTT. de numo Phidonis. in Miscellan. Berolinens. n. 5. p. 56. 57. (Ed. Berol. 1710. 4.) Erat autem hic Phidion Rex Argivorum, septimus a Temeno, undecimus ab Hercule & æqualis Ly-

curgo & Iphito juxta *SYNCELL.* p. 198. b. In marmore ei  
 assignatus est annus Æræ Atticæ MCLXXXVIII. Per Jul.  
 3819. post casum Trojæ 314. vid. *MARSHAM.* in Canone  
*Chonico.* Sic. XV. p. m. 446. (Ed. Lips. 1676. 4.) Invenit  
 & hic primus mensuras teste *HERODOTO.* l. 6. c. 127. „*E Pe-  
 loponneso autem Leocides Phidoni Argorum tyranni si-  
 lius, ejus inquam Phidoni, qui mensuras Peloponnesis sta-  
 tuit, longe omnium Græcorum insolentissimus: qui sum-  
 motis Elienium Agano thetis (i.e. munerariis) ipse Agano-  
 theta exstitit in Olympia.„ Porro & Pondus Aeginense ut  
 tradit *SYNCELLUS.* p. 198. „*Pbidon cum Argorum po-  
 tiretur mensuras & pondera primus instituit.*„ & *PLI-  
 NIUS.* l. 7. c. 56. p. 350. „*Mensuras & pondera Phidon  
 Archivus (nempe invenit.)*„ Nulla autem re unquam  
 sibi majorem comparavit gloriam, quam quod nummos  
 inter græcos primus cuderit, nam immortale Phidoni nō  
 men metallis in perennaturam memoriam insculptum adhuc  
 admiramus seri posteri. Supereft enim argenteus Phido-  
 nis nummus in Cymeliarchio augustissimi Regis Prussiæ, quem  
 exhibet Vir summus *LAUR. BEGERUS in Thes. Palatino.*  
*fol. 275.* Ed. Heidelb. 1685. fol. ) & in Thes. Brandenb. *Tom. I.*  
*fol. 275.* & *SCHOTT.* Nummo Phidoni in *Miscell. Berol.*  
 n. 5. fig. 3. p. 33. Vir doctissimus *OTTO SPERLINGIUS* in  
 tr. de numis non cusis. p. II. 12. c. 1. numum Phidoni, quem  
 adhuc habemus, recentiori ævo in memoriam Phidoni a  
 posteris cusum existimat, variis autem argumentis refellit  
 hanc *SPERLINGII* sententiam *SCHOTTUS.* in tr. de numo  
 Phidoni. Id etiam quod *BASNAGE* in Hist. des Juifs.  
*Tom. III.* l. 4. c. 17. §. 9. p. 252. profert nullum Dario aut *A-*  
*lexandro Magno antiquiorem numum ostendi posse, tot  
 antiquiores & in primis hic Phidoni satis refutant.* Fusus  
 autem erat hic numus ex argento purissimo, quod nativo  
 simile,*

simile, & ei ex quo nummi consulares cusi sunt, ante fereandum est. In parte antica expressum videmus Clypeum Bærotium, & in postica mensuram Phidoneam cum uva & Epigr. ΦΙ-ΔΟ. Pari forma exstant etiam numi ΒΟΙΩΤΩΝ, cum mensura uva & clava Herculis .). clypeo Bæotio, aut cum mensura uva & clava cum epig. ΘΕΒΗ. .). autem clypeo signati. vid. BEGER. in Thes. Brand. Tom. I. fol. 473. SCHOTT. d. l. n. 5. fig. 18. 19. SPANHEM. Obs. in Callimachbi hymn. in delum. p. 378. ut & numi Ismeniorum & Astyrenorum. SCHOTT. fig. 16. 17. p. 51. mensuram ea ex causa in numo Phidonis videmus, quia Phidon primus mensuram invenit, in numis Bæotiorum autem propter arctam Bæotiorum & Eginensium amicitiam & societatem, unde & se invicem cognatos vocabant. Clypeus Boëtius autem ab Hercule Thebano oritur, à quo Phidon genus deducit, conf. BEGER. in Thes. Brand. Tom. I. fol. 280. 281. SCHOTT. d. l. p. 57.

## §. 5.

Inter antiquissimos, quos post Phidoneos nummos possidemus merito numeramus nummos Macedonicos, ejus generis sunt enim numi Amyntæ, Perdiccæ, & Archelai cum equo aut aquila in parte postica apud BEGER. in Thes. Brandenburg. Tom. I. fol. 228. 231. & in Thesauro Palatino. fol. 112. HARDUIN. in Chronolog. V. T. in Opp. Sel. fol. 572. 573. Porro & huc referamus nummos ΓΕΔΩΝΟΣ ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΥ cum capite laureato .). & victoria in bigis. vid. HARDUIN. in Numm. Pop. & Urb. fol. 154. & in Chronol. V. T. fol. 571. ut & nummos Polycratis apud HARDUIN. Chron. V. T. fol. 572. Spanhem. de Us. & Praest. Num. p. 170. & APTEMISIAS reginæ Cariæ cum capite velato in parte adversa & Mausoleo in aversa apud SCHMID. in Sel. Numism.

ex

ex Gazophyl. Arnstadio Schvartzb. p. m. 33. *seqq.* (Ed. Ien. 1693.) Parem Artemisia numum sed suspectum vide expressum apud CUPER. de Consecrat. Homeri in App. p. m. 236. (Ed. Amst. 1683.) Obiter hic notandus est lapsus Viri insigni eruditio celeberrimi JOH. HARDUINI in chronol. V. T. fol. 574. qui asserit verbum ΒΑΣΙΛΕΩΣ nunquam expressum inveniri in numo ante Alexandri M. tempora, & adhuc vivente Alexnadro cuso, esse etiam hoc genuinam antiquitatis notam omnesque numos hoc verbum ostendentes ante dicta tempora, merito suppositios vocari. Certe non parum miror Virum tam doctum & imprimis in scientia numismatica tam egregie peritum, opinionem produxisse, quam multi nummi non tam eximia raritate insignes refellunt. Ipse adducit in Num. Pop. & Urb. fol. 154. duos Gelonis numos ex PARUTA, in quorum primo aquilam cum fulmine parte adversa, in geminis autem parte a versa epigraphe ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΤ ΓΕΛΩΝΟΣ cum litteris B A., quæ sine dubio ΒΑΣΙΛΕΩΣ significant, videntur. Priorem suppositum esse judicat HARDWINUS, quia aquilam cum fulmine expressam haberet, quod symbolum solum in Ægyptiacis numis ut insigne Ptolomæorum deprehenderetur. Habemus autem & alios numos cum aquila fulmen tenente, & si hoc sequeretur omnes numos præter Ægyptiacos suppositios esse, qui signum Ptolomæorum, nempe aquilam gerunt, innumeri essent falsi, quos tamen Viri in hoc studiorum genere Summi, & Doctissimi antiquarii pro genuinis accipiunt. Alterum nummum quem ipse adducit genuinum quidem esse concedit, quia a SPANHEMIO. p. 347. pro antiquo n. 2. affertur, sed a monetario verbum ΒΑΣΙΛΕΩΣ sine Principis voluntate ex adulatioine quadam in nummo expressum esse judicat, quia in nullo

nullo alio Gelonis numo titulus Regius cerneretur, & Gelo ab omnibus Scriptoribus non Rex, sed solum tyrannus vocaretur. Hæc omnia autem HARDUINUM nihil adjuvant, nam alii adsunt nummi quos summus BEGERUS exhibet & qui nullo modo & judicio inter suspectos referri possunt; Vir enim hic incomparabilis & per æterna insignium meritorum monumenta rerum fatis major BEGERUS tanta in arte numismatica peritiæ instructus & tam gravi & firmo judicio præcellens fuit, ut temerarium esset, numos a tanto Viro summo studio exploratos suppositios vocare, juxta sententiam Celeberrimi SCHOTTI de numo Phidonis in *Miscell.* Berlin. n. 5. p. 36. Producit autem BEGERUS in *Thes. Brandenb.* Tom. III. fol. 14. Imo nummum antiquissimum Amyntæ Regis Macedonum, qui temporibus Cyri & Successorum ejus regnavit, in quo numo parte anteriori exstat cancer, in posteriori vero ΒΑΣΙΛΕΤΑΤ Μ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ Ἀμύντοι Μακέδονων. 2do affert numimum Philippi Macedonis, in quo parte aduersa caput cum exuviis leoninis in aversa autem Jupiter hastatus sedens & aquilam manu insidentem tenens cum ep. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ in *Thes. Brand.* T. I. fol. 236. numos cum pari inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ vid. in BEGER. *Thes. Brand.* Tom. I. fol. 238. & in ejusdem *Observat. ad Numism. quadam antiqua.* n. 21. p. 26. (Ed. Colon. Brand. 1691. 4.) Observatur 3to etiam in numis Alexandri M. titulus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ut in numo apud BEGER. in *Thes. Brand.* Tom. I. fol. 242. caput Alexandri galeatum .)(. Victoria aut Pallas c. ep. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ cum MP. signo laureato & A. & in alio apud eundem in Epist. ad SPANHEM. *Obs. ad Sel. Numism. præmissa,* caput Alexandri eum exuviis leoninis .)(. Jupiter hastatus sedens &c. c. ep. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕ-

ΖΑΝΔΡΟΥ. Facile ex his appareret, quam erronea sit *HARDUINI* opinio de voce Βασιλέως. Error autem tam parvi momenti Viro tam eximio facile condonandus, & optandum potius ne in graviores tam in Theologia quam Chronologia, incidisset, qui insignia viri merita multum obscurarunt. (ut e. g. in chronologia Ahasveri in chronol. V. T. fol. 557. sq. in qua Marshamum qui in Can. chron. p. m. 604. hoc assertum foveat secutus, refutavit tamen hanc sententiam *VITRINGA*, in *Observat. Sacr. l. 6. c. 4. 5. p. m. p. 276. seq.* (Ed. Francf. 1708. 4.) sed satis de hac.

## §. 6.

Sed ut revertamur ad inventores numorum, fortasse cuidam appareret Phidonem primum monetas cudisse; sed haec sententia veritati non est consentanea; nam siquidem hoc concedendum, Phidonem primum omnium in Græcia argentum signasse, sed non in toto orbe. Primo enim multa ejus generis adsunt exempla, nam in Autoribus saepius scriptum exstat, hunc aut illum esse inventorem certæ rei, quod tamen solum de ejus regione aut regno intelligendum, non autem eum etiam in alias regiones primum aliquid introduxisse. Et ex his oritur intricata illa confusio, quod varii homines de una re inventores prædidentur, quorum quisque solum in sua ditione hoc aut illud invenerit aut statuerit. Tali modo & Darium primum aureos nummos signasse autores proferunt vid. *ALEXAND.* ab *ALEX.* G. D. l. 4. c. 5. p. 218. a. *BRISSON.* de Reg. Persar. Principat. l. 2. p. m. 277. (Ed. Heidelb. 1595. 8.) *SPERLING.* de numis non cisis. c. 21. p. 129. seq. fuit autem hic Darius Hystaspes non autem Darius Medus, ut *MORINUS* de lingua primæva p. 299. falsò putat ut & *MARSHAM.* Can. Chron. p. 604. nota Darici fuit Sa-gitta-

gittarius, vid. Hyde de Relig. Persar. c. 23. p. 307. & in  
 Ap. p. 528. (Ed. Oxon. 1700. 4.) Plutarch. in Moral. p. 211.  
 talem numum vid. apud Spanbem. de Us. & Prae. Numism.  
 Diff. 4. p. 287. seq. Scribunt autem Darium sibi in animum  
 induxisse elaborare aliquid æternitate dignum & quod nul-  
 lis Regum ante ipsum fecerit, ut nunquam ex animis &  
 memoria posteriorum discederet. Sic enim scribit HERO-  
 DOTUS. l. 4. c. 166. „ Siquidem audiens atque animad-  
 vertens Dario cordi esse memoriam sui relinquere, opere  
 „ quod a nullo alio Regum factum esset, id sibi imitandum  
 „ putavit, donec mercedem accepit. Etenim Darius ex auro  
 „ quam potuit purgatissimo monetam percussit. Aryandes  
 „ autem Ægypti prator idem ex argento fecit, & nunc quoq;  
 „ exstat purissimum argentum Aryandicum. „ & SUIDAS.  
 „ Δαρεικός, νόμισμά τινά χειστούν, ὑπερ Δαρεῖον πεῶτε  
 „ νόνσεν. „ Si quidam ante Darium numos in Persia fudis-  
 set, non primus se memotiae posteritatis hoc invento com-  
 mendare potuisset Darius, quod tamen ex verbis HERO-  
 DOTI clarum est. Sic etiam sine dubio Phidon in Græcia  
 initium fecit numos cudendi Dario quidem antiquior, sed  
 tamen in hoc passu similis. Secundo etiam Phidon a nul-  
 lo antiquo scriptore pecuniae *primus* inventor vocatur, sed  
 omnes uno ore consentiunt Phidонem quidem *primum* in  
 Ægina numum cudisse, non autem *primum* pecuniae in-  
 ventorem fuisse. Tertio satis exploratum, & extra o-  
 mnem disceptationis campum positum est Phidонem lon-  
 ge post tempora Abrahami vixisse, cuius ævo in Phænicia  
 & Philistæa nummi jam usui publico inserviebant, & sic  
 veritati non absolum erit, Græcos tam alias multas scien-  
 tias, quam etiam hanc artem ex commercio cum Phæni-  
 cibus didicisse. Phænices enim omnium mortalium tunc  
 temporis cultiores, per commercia quæ cum Græcis ex-

ercuerunt, & colonias quas in Græcorum regiones adhuc  
incultas duxerunt, Græcos omnes docuerunt artes, qui-  
bus rudes ad humanitatem informari solent. Cadmus,  
qui Thebas condidit plurimis ea occasione scientias acco-  
las instituit teste HERODOTO. l. 5. c. 58. p. 402. „ οἱ δὲ  
„ Φοίνικες ὅτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμηνοι &c. ἐσήγαγον δίδασ-  
„ κάλια ἐς τὰς Ἑλλήνας, καὶ δὴ καὶ γεάμιατα ὧν ἔοντα περὶ<sup>ν</sup>  
„ Ἑλλῆσι. Phœnices autem qui cum Cadmo venerant &c.  
„ cum aliis doctrinas in Græciam introduxere, tum etiam  
„ literas, quæ apud Græcos antea non fuerant „ & ZENO-  
DOTO de Zenone in Epigr. apud Laert.

Ἐτ δὲ πάτερα Φοίνιστα, τίς ὁ φερόντος : ἦν καὶ  
οὐ Κάδμος

Καῖνος, αφ' ἧς γενηταὶ εἰλασέχει τελίσθαι.

Si patria es Phœnix; quid tum ? fuit hæc quo-  
que Cadmo

Patria, qui Græcis prima elementa dedit.

& TACITO Annal. l. II. p. m. 224. „ Quippe fama est Cad-  
mum classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum  
populis, artis ejus autorem fuisse. „ Græci fere omne id  
quod in Philosophia, Mathesi & mechanicis artibus &c.  
necessariisque aliis ad sustentationem vitæ humanæ rebus  
sciunt, Barbaris gentibus Phœnicibus & Ægyptiis debent,  
conf. VOSS. de Sect. Philos. c. 6. SCHEFFER. de Philos.  
Italic. c. 5. p. 19. seqq. BORRICH. de Sap. Hermet. &c. l. I.  
c. 9. & innumeros alios qui satis prolixè hanc materiam  
tractarunt. Sed parvam admodum de his omnibus ex  
Græcis scriptoribus haurimus notitiam, impediente nempe  
majorem detestanda Græcorum φιλautiâ, invidiâ & super-  
bia

biā, his enim impulsi gravi ingratitudine, minima, quæ de Barbaris habent, agnoscere volunt, sed se ipsos omnia inventisse gloriantur, sic enim DIOG. LAERT. in Proem. Segm. 3. p. 3. satis impudico calamo scribit : Λανθάνοσιν, ἀντὶς τὰ τῶν ἑλλήνων κατορθώσατε, ἀφῶν μὴ ὅτις φιλοσοφία ἀλλὰ καὶ γένεθλιον ἀνθερώπων ἔχει, βαρβάροις προσάπτοντες. „ Ignorant recte facta Græcorum, qui ea a Barbaris accepta servunt, cum tamen a Gracis non modo Philosophia sed et genus humanum duxit originem. „ Sed dum omni opera & studio conantur, ut depriment doctorum suorum nempe Barbarorum merita, sapissime tamen ita impingunt, ut ille, qui diligentia quadam Græcorum scripta perlegit, facile agnoscat, ex quo fonte Græcorum scientiæ manarint. Sic enim HTGINIUS fab. 274. quoque Cadmum prædicat Græcos esse tractare primum docuisse, dum scribit : „ Cadmus Agenoris filius es Thebis primus inventum condidit. „ Et successu temporis etiam artem numos cūdendi per Phœnices ad Græcos venisse satis probabile est. Nam ex eo patet, quod Bæotii & arcta societate iis juncti Æginenses, qui a Phœnicibus & Cadmo originem traxerunt, & postea perpetua cum Phœnicum civitatibus quasi patriis commercia exercuerunt, numos in Græcia primi cuderint. Æginenses enim primi Græcorum admercatum profecti, v. PAUSAN. in Arcad. c. 5. & sine dubio in Phœniciam ubi tunc temporis solum fere mercatura florebat, negotiati sunt. Levi opera sic deduci potest unde numi primum ad Græcos venerunt, nempe vel a Calonia Phœnicum in Bæotia ad Æginenses socios, vel etiam per commercia in Æginam mercaturæ deditam, ex Ægina ad Naxios Athenienses & alios. Sic ergo Æginenses primi inter Græcos argenti signatores, simul pecuniae inventores vocati sunt, more quo-

quodam Græcis usitato, qui omnes eos qui ex peregrina terra insolitum aliquid primo in patriam apportarunt ejus rei auctores celebrarunt. Sed nimiam prolixitatem fugiens hic filum abrumpo, solum adhuc demonstratus, unde tam tarde apud Græcos innotuerit nummorum usus. Hoc meo judicio ex nimia auri & argenti raritate originem traxit, nam Phœnices quidem in Græciam artes & scientias intulerunt, non autem divitias & metallorum copiam, sed potius in præmium & mercedem laboris & informationis ea quæ apud Græcos ad huc rudia erant metallorum genera in Phœniciam secum abstulerunt. Quod etiam ex eo manifestum est, quod Græci adhuc Cræsi tempore tanta auri penuria laborarint, ut coacti fuerint Sardes legatos mittere ad cœmendam auri copiam, qua uterentur ad Apollinis statuam deaurandam; testatur hoc HERODOT. l. i. p. 56. „Nam cum illi misissent Sardis ad aurum cœcendum, quo usuri erant in id simulacrum Apollinis, quod nunc possum est apud Laconicam in Thornace, eo auro sunt a Cræso donati.“ Satis ergo, ut spero, perspicuum erit, Græcos non fuisse nummorum inventores, sed eos a Phœnicibus artem hanc didicisse. Conferam ergo me ad Phœnices, ea ponderatus argumenta, quibus plene persuasus sum inter hanc tam celebrem gentem primas argenti signatores existisse, dignissimosque esse Phœnices è gloria, quæ ementita Græcorum merita fugiens, tandem ad veros autores fato redit augustiori.

## CAP. V.

AD PHOENICES REFERENDUM EST  
PECUNIÆ SIGNATÆ INVENTUM.

## §. I.

Levissimus juxta opinionem quorundam appetet labor, de statu & ritibus Phœnicum quandam inveniendi notitiam ; Ii autem qui hoc historiæ genus accuratiori perspexerunt studio, sine continuo labore & diligentia infatigabili acquiri eandem non posse, arbitrantur. Jacet enim tam tenebrosis antiquitatis delubris involuta certa rerum Phœniciarum historia, ut vix quandam ex fragmentis & paucis scriptorum Græcorum locis luci restituere queamus. Fulserunt quidem non inferioris ordinis sydera, quæ multa luce veterem & obscuram collustrarunt Phœnicum historiam, quibus annumeramus *THEODOTUM*, *HYPsicratem* & *MOCHUM*, quos *CHÆTUS* aut *LÆTUS* in Græcam transtulit linguam juxta *TATIAN.* in *Orat. contr. Gracos.* Porro etiam *HESTIAEUM* & *HIERONTMUM* quorum apud *JOSEPHUM* *Ant.* l. 1. c. 4. & l. 1. *contr. Appion.* & *TER-TULLIAN.* *Apologet.* c. 19. mentio fit. Ut & *DIUM* & *MENANDRUM EPHESIUM*. Inter hos etiam referendus est *PHILOSTRATUS* qui Historiam Phœnicum scripsit juxta *JOSEPH. Ant.* l. 10. c. II. porro *ASCLEPIADES CTPRIUS* apud *PORPHYR.* *de Abst.* l. 4. *CLAUDIUS JULIUS*, & *TEUCER CYCIZENUS* in l. 5. *de Tyro.* conf. *de his omnibus VOSS.* *de Hist. Græc.* *BOCHART.* in *Geograph. Sacr.* P. II. l. 2. c. 17. p. 861. seqq. *HUETIUS.* in *demonstr. Evang. Prop.* 4. c. 14. p. 348. (Ed. Lips. 1703. 4.) *BURNET.* in *Archæol. Philosoph.* l. 1. c. 6. p. m. 361. Sed iniquius quoddam fatum

lumina hæc obscuravit ; omnia enim monumenta periere nullumque reliquum mansit excepto fragmento *SANCHONIATHONIS*, quod *PHILO BYBLIUS* in Græcam linguam vertens ab interitu vindicavit. Reconditur etiam in Bibliotheca Florentina *SANCHONIATHONIS* fragmentum lingua Aramaea conscriptum teste *ATH. KIRCHERO.* in *Obel. Pamphil.* l. 2. c. 14. f. 111. Quanto tenuiori itaque de rebus Phænicum gaudemus notitia , tanto difficilius est certum a-liquid de his commemorare , imprimis in rebus non tam gravis momenti quale inventum pecuniæ . Veruntamen quædam haud exigua inveni argumenta , quæ mihi persuadent veritati non esse contrarium , si Phænices inventores pecuniæ nominarem omnium primos . Fateor quidem non adesse tam magni ponderis rationes , quæ immobili fundamento nixa , plenam in hac re afferant certitudinem , sed solum tales , quæ meam sententiam solum veri similem reddant , & non tam facili negotio refutari possint , quam omnia alia argumenta , quæ quis proferre posset Ægyptiis aut aliis gentibus inventum pecuniæ tribuens . Sin autem præter opinionem graviores , pro aliæ gentis in hac re glo- ria contendentes , mihi ostenderentur rationes , cum de- lectatione quadam meam seponam sententiam , quia pro- be mihi conscient sum , me inferiores adhuc eruditionis gradus ascendenter facile errorem fovere potuisse sen- tentiam . Sed non exiguum mihi , spe & opinione frustra- to , manebit solamen , me cum *SALMASIO* viro fato ma- jori & ad summum gloriae & eruditionis fastigium elato , qui primus eandem in libro de Ursis. p. 423. amplectitur sententiam , errasse .

## §. 2.

Phænicia inter primas numerari potest regiones , quas ho-

hominum multitudo & societas cultas reddidit. Satis sufficiens quoque superest notitia Phænicum civitates fere omnium primas ad splendens se extulisse felicis status culmen. Reges Philistæorum potentia & regiminis fulgore spectabiles jam ante Abrahami tempora in laude versabantur, & multæ certe florentissimæ urbes, jam tum apud omnes alias gentes celebrem reddebant Phæniciam. Primum inter has obtinebat locum magna Sidon, quam jam a Sidone cuius Genes. 10. v. 15. mentio sit, conditam esse probant BOCHART. Geogr. Sacr. P. I. l. 4. c. 35. p. 342. MARSHAM. in Can. Chron. Sec. XI. p. 304. MICRÆL. in Synt. Hist. Mund. p. m. 20. MERUL. Cosmograph. P. I. l. 3. p. 294. CLERIC. Comm. ad Genes. fol. 97. non autem ab ea Sidone de qua DAMASCIUS scribit: „Ex porto nascitur Sidon, que propter canora vocis præstantiam hymnum odes prima repperit.“ conf. BOCHART. d. I. P. II. l. 2. c. 2. p. 786. Nomen sortita est urbs Sidon vel a Conditore Sidone vel teste TROGO POMPEJO a piscium ubertate. Nam Said, id est piscatio, hodieque Sidon dicitur, ut Galilææ oppidum Beth Saida quasi domum pescationis dixeris. vid. BOCHART. d. I. P. I. l. 4. c. 35. p. 342. CLERIC. d. I. f. 97. Aequales Sidoni erant Ascalon & aliæ civitates; Tyrus autem conditores veneratur Sidonios à Rege Ascalonis debellatos, & sic Sidone multo recentior. JUSTIN. l. 18. c. 3. unde etiam filia Sidonis vocatur apud Esaiam. 23. v. 12. BOCHARTUS. in Chan. l. 2. c. 17. p. 860. ex loco SCYLACIS in Desc. Phænices, probare studet, quatuor urbes, Tyrus vocatas, in Phænicia exstisset, si autem locum SCYLACIS in Tûq. p. 39. judicio quodam perpendicularis, non sequitur ex hoc assertum BOCHARTI; hoc autem verius est, plures quam unam Tyrum olim fuisse,

nam

nam in Josua. 19. v. 29. urbis munitæ Tsor mentio fit, quæ  
tum temporis jam condita fuit; Secunda Tyrus autem  
tempore Judicum exstructa est, nempe 240. annos ante  
templum conditum teste JOSEPHO. Ant. Ind. l. 8. c. 2.  
p. 259. & annos 76. ante Ilii excidium. conf. MARSHAM.  
Can. Cbron p. 304. WITSIUS. in Ægypt. l. 3. c. 1. §. 14. p. m.  
200. (Ed. Amst. 1696.) SCALIGER in Not. ad BEROS.  
fragm. fol. m. 40. Sed quicquid sit, hoc satis exploratum  
est urbes celeberrimas ut Sidon, Ascalon Hebron &c. jam  
Abrahami tempore floruisse, & forte etiam Palæ-Tyrum  
vel Tsor conditam exstitisse, nam Imo Josua urbem  
munitam & celebrem fuisse jam suo tempore scribit,  
& 2do HERODOTUS l. 2. p. 151. licet parumper fabu-  
loso refert, „esse ab urbe Tyro condita annorum duo  
„millia ac trecentos“. Licet autem HOMERUS nihil de  
Tyro scribat ut de urbe Sidone teste STRABONE. l. 16. p.  
756. „Poëta quidem Sidonem magis celebrant, atque adeo  
„Homerus Tyri non meminit“, attamen verissimum est Ty-  
rum multo ante HOMERUM, qui Achabi tempore vixit,  
conditam fuisse, nam tempore Davidis regnum Tyri jam  
florentissimum celebratur. cf. etiam HARDUIN. in Chron.  
V. T. ex nummis illustr. fol. 529. Ex his omnibus autem  
solum demonstrare volumus, nihil valere objectionem  
quorundam Phæniciam seris admodum temporibus & lon-  
ge post Abrahām mercaturam aliasque ad hanc necel-  
larias artes exercere incepisse.

## S. 3.

Florentem autem hunc statum plurimam partem per  
mercaturam sibi compararunt; nam statim initium facie-  
bant naves & ad artem nauticam necessaria, imo Magne-  
tis usum inveniendi, juxta LEMNIUM de occult. Nature.

Mira-

MIRACUL. l. 3. c. 4. & FULLER. in Miscell. Sacr. l. 4. c. 19.  
 p. 539. seqq. qui cum lapide Herculeo, cuius meminit PTOLOMÆUS. Geogr. l. 7. c. 2. unum esse judicant; cui assertio autem de Magnete contrarii sunt. JOS. a COSTA. de Nat. Nov. Orb. l. 1. c. 17. 18. BOCHART. in Chan. l. 1. c. 38.  
 p. 716. seqq. NIC. CABEUS. l. 1. de Magnete. c. 6. GILB.  
 ANGLUS. de Magnete. l. 1. c. 1. KIRCHERUS. de Magnete.  
 l. 1. p. 18. seq. SCHOTT. in Curs. Mathemat. l. 13. p. 381.  
 STIPMAN. de Navigat. l. 3. c. 9. In omnes fere regiones  
 navigabant, nominisque gloriam & mercaturæ sedem in  
 his omnibus sibi comparabant, pretiosa secum in Phœniciam  
 abducebant, & gentes varias docebant artes & sci-  
 entias non ingrati hospites.

## §. 4.

Affluentibus igitur undique auxiliis caput præ omnibus efferebant; Divitem reddebant Phœniciam omnes fere orbis Thesauros huc ducentes. Rudes adhuc tunc temporis erant alia gentes, & sine ulla contradictione libenter concedebant, ut aurum aliaque pretiosa cum vilissimis rebus permutarentur. cf. BOCHART. Phaleg. l. 3. c. 7.  
 p. 192. BORRICH. de Sapient. Ægypt. l. 1. c. 3. p. m. 88. 89. Refert STRABO. l. 1. insignem auri copiam in Turditania olim fuisse scribit enim: „ Nondum compertum est usum terrarum aurum, argentum, as, ferrum tanta tum copia tum bonitate inveniri atque in Turditania Hispanie. „ Aurum non effoditur ibi modo, sed & flumina & torrentes auro permixtam arenam volvunt, multis etiam in locis aquæ expertibus arena talis invenitur „ ARISTOTELES autem in Libris Mirabil. Phœnices hoc ex Turditania in suas deportasse regiones tradit: „ Primos Phœnices ferunt cum Tartessum navigassent, tantam argenti vim oleo a-

„ liisque nauticis sordibus permutasse, ut nec capere naves,  
 „ nec ferre possent, quocirca coactos sub discessum ex illis lo-  
 „ neis, tum catena omnia quibus utebantur, tum etiam omnes  
 „ anchoras ex argento constare, „ affirmat hac DIODORUS  
 SIC. l. 5. c. 35. p. 296. 297. ita. „ Cujus usus cum incom-  
 „ pertus esset incolis, Phœnicie mercatores re cogniti, exi-  
 „ guæ permutatione mercis illud redemisse, ejusque in Gra-  
 „ ciam Asiamque & cunctas alias gentes transportationem a-  
 „ magnas sibi opes comparasse, eo quastus studio profectos, ut  
 „ cum refertis navibus multum adhuc argenti superesset, plum-  
 „ bo in anchoris exciso, argento ejus usum explerent. Ex  
 „ bac igitur negotiatione per multum inde temporis opulen-  
 „ tiores facti Phœnices colonias non paucas in Siciliam & vi-  
 „ cinas ei insulas in Africam & Sardiniam & in Iberiam de-  
 „ nique miserunt. „ Et hanc permutationem jam anti-  
 „ quissimis temporibus exercebant Phœnices ut copia & abun-  
 „ dantia aliarum regionum & suam implerent. Sed et-  
 „ iam ipsi gaudebant æri fodinis unde Eumæus Sidonius  
 apud HOMERUM Odyss. v. 425. dicit:

Ἐκ μὲν Σιδῶνος πολυχάλκης ἐνχοραῖ εἰδε.

Ærifera ex Sidone genus mibi glorior esse.

Copia argenti in Phœnicia etiam ex loco Genes. 23. v. 15. de-  
 monstrari potest, ubi nempe Ephron 400. siclos, parvam  
 admodum nominat pecuniam & nullius fere momenti. Sa-  
 tis quoque verisimile est Phœniciam divitiiis abundasse cum  
 parvus ager tanto pretio venditus sit, quod & CLERICUS.  
 in Comm. ad Genes. fol. 179. observavit.

### §. 5.

Ad hæc Phœnices præ omnibus culti erant, & sa-  
 gaci gaudebant ingenio aliquid inveniendi. Compararunt  
 enim

enim sibi apud posteros famam, fuisse felicissimos aliquid excogitandi, quod ad usum hominum & incrementum gloriae & status florentis pertineret. Innumeræ fere sunt artes, quas nos docuisse ultro fatemur. Notissima & utilissima inventa fuere Imo litterarum excogitatio, quæ iis ut plurimum adscribitur, licet multi & docti Viri contrarium probare studeant, & mox Adamum & posteros ut Rabbi & innumeri etiam ex nostris ; mox Abrahamum ut ISIDOR. Orig. l. 1. c. 3. & alii ; mox iterum Hermetem ut EUSEB. Prap. Evangel. l. 1. c. 9. PLUTARCH. l. 9. Qu. 3. HTGINUS. fab. 277. mox Tuisconem ut AVENTINUS Annal. Boj. l. 1. c. 5. ANNIUS. ad XENOPHONT. de Æquid. p. m. 15. mox tandem Syros aut Assyros inventores celebrent ut DIODOR. SIC. Bibl. L. 5. BOCHART. in Phaleg. l. 1. c. 20. p. 489. Sed hæc omnia facile corrunt, nam ii qui Adamo, Enoscho, Setho &c. tribuunt nullo nituntur fundamento & fabulis solum innituntur. Abrahamus quoque non invenit, si hoc veritati non contrarium, quod SIMPLICIUS tradit in l. 2. ARIST. de Celo. Comm. 46. p. 123. Chaldæos jam 1903. annos ante Alexandrum & sic fere 200. annos ante Abrahamum observationes suas sydérales annotasse & columnis inscripsisse. conf. MARSHAM. Can. Cbron. p. 504. SCALIGER. de Emendat. Tempor. l. 5. fol. 367. (Ed. Colon. 1629. fol.) Ad hæc probat GUSSETIUS. in Comment. Lingue Hebr. fol. 8. Abrahamum penitus litterarum usu caruisse, eumque nunquam adhibuisse. Litteræ quas Hermes primus Ægyptiis tradidit, fuere Hieroglyphicæ, non ordinariæ quibus gentes usæ sunt, cf. GUSSET. d. l. fol. 8. Tuisco pari modo inventor litterarum Runicarum extitit, non autem Phœniciarum. vid. SCHED. de Diis Germanor. Syngr. 2. c. 18. p. 304. seqq. (Ed.

Amst. 1648.) Et tandem sententia DIODORI & BOCHARTI de invento litterarum Syris tribuendo, cum mea facile conciliari potest. Notum enim est, quod regiones multæ nempe Phœnicia, Palæstina, Syria & Assyria &c. sub nomine Syriae universalis conjunctæ fuerint, quod porro Phœnicia etiam solum vocata sit Syria ab urbe τύρος Tfor Tyrus, unde Soria quasi Tsoria a metropoli; vid. Act. c. 21. v. 2. 3. SELDEN. de DIS. Syr. in Proleg. c. 1. p. 7. BEIER. ad b. l. p. 1. 5. 6. (Ed. Lips. 1672.) POSTELLEUS. de Orig. c. 22. p. 116. WALTON. Prolog. 13. ad Bibl. Polyglott. de Lingua Syr. &c. s. 1. Satis ergo patet DIODORI Syros, Phœnices fuisse & simul inventores litterarum. Probant hæc multa scriptorum testimonia ut CRITIAE apud ATHENÆUM. l. 1.

Φοινικες δ' εὐρον γράμματ' ἀλεξίλογα.

Subsidium vocis scripta reperte Tyri.

PLIN. l. 5. c. 12. p. 221. „ Ipsa gens Phenicum in magna gloria litterarum inventionis & syderum navalium ac bellicarum artium. „ Scribit quoque MELA. l. 1. c. 12. „ Phœnices litteras & litterarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, classe configere, imperitare gentibus, regnum prælriumque commenti. „ & LUCAN. l. 3. de Bell. Civil. v. 220.

Phœnices primi, fama si credimus, ausi,  
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Vid. etiam PLUTARCH. Sympos. l. 9. Q. 2. 3. VICTORIN. l. 1. c. de Ortograph. SUIDAM. in v. Γεάμματα. ISIDOR. Orig. l. 1. c. 3. NONNUM. in Dionysiac. l. 4. v. 260. & l. 41. v. 381 Posteriori tempore has in Phœnicia primum prolatas

latas litteras Cadmus Phœnix secum in Græciam duxit, & ibi aliisque gentibus notas reddidit. conf. HERODOT. l. 5. c. 58. 59. fol. 309. CLEM. ALEX. Strom. l. 1. p. 322. 306. DIODOR. SIC. l. 3. p. 200. l. 5. p. 328. PLIN. l. 7. c. 56. p. 339. THEODORET. de Ev. Verit. Serm. I. p. 7. (Ed. per Sylburg. 1592. fol.) IRENÆUS. l. 1. c. 12. XENOPHON. de Æquivoc. p. 24. PHEIFFER. de Lingua Sanct. Disp. 3. Qu. 16. POLTDOR. VIRGIL. l. 1. c. 6. p. 32. HOFFMANN. in Lexic. Tom. I. fol. 620. & T. II. fol. 830. (Ed. Amst.) MORERI. Grand. Dictionnaire. Historic. Tom. II. fol. 4. KIRCHER. in Obel. Pamphil. l. 2. c. 5. §. 1. fol. 123. &c. 8. fol. 143. SCHED. de Diis. Germ. Syngr. 2. c. 18. p. 305. 306. DICKINSON. in Delph. Phœnicizant. c. 12. p. m. 129. 130. MORHOFF. in Polybist. T. I. l. 4. c. 1. §. 9. p. 7. LICHTFOOT. Opp. T. I. fol. 213. BOCHART. in Chan. l. 1. c. 20. p. 488. seqq. MARSHAM. d. 1. p. 123. LAMBEC. Prodr. Litt. l. 2. c. 2. §. 6. fol. 156. seqq. Illo & Illio inventa Astronomiæ & Arithmeticæ sic enim scribit STRABO. l. 16. „ Sidonii cum multarum tum oꝝ „ ptimiarum artium magistri perhibentur, ad bac astronomia & „ arithmeticæ peritti ἀπὸ τῆς λογισμῆς ἀρχαὶ μνοὶ καὶ τῆς νυκτὸς πλοίας. ab arte calculatoria & nocturna navigatione, fa- „ cto initio, & PROPERTIUS. l. 2. v. 989.

*Quaritis & cœlo Phœnicum inventa sereno,  
Quæ sit stella homini commoda quæque mala.*

Multique alii quos omnes adducere supervacaneum esset.  
Ita inventum artis nauticæ, quod innumeri testantur  
scriptores inter quos TIBULLUS. l. 1. Eleg. 7. v. 19. 20.

*Utque maris vastum prospectet turribus æquor,  
Prima ratem ventis credere docta Tyrus.*

LUCANUS. de Bell. Civ. l. 3. MELA. l. 1. c. 12. STEPHAN.

*FORCATUL.* de Imper. & Philos. Gallor. l. 1. p. 48. *LIP-PEN.* de Exped. Salom. Ophyrit. Sect. I. p. 13, 14. *KIPPING.* in Diff. de Exped. Marit. §. 5. *HENDREICH.* in Cartbag. l. 2. Sect. 2. c. 12. p. 530.

## §. 6.

Præteribimus innumeratas alias res quarum invento Phœnices maiores nostros bearunt. Facile ergo arbitramur, eos qui in rebus multo gravioris judicii tam felix & exquisitissimum ostenderunt ingenium in re tam parvi acuminis, quale pecunia inventum quo nullo modo carere amplius potuerunt, pari fortuna usos fuisse. Nullo impedimento distenti eo facilius hoc opus tam utile, tam necessarium, tam gloriosum aggressi sunt. Floruerunt enim omnium primi, Præceptores fuere aliarum gentium, quæ veluti admiratores prudentiæ inter Phœnices sedem sibi figentis, submissa mente Phœnices quibus meliori luto finxit præcordia Titan, coluerunt, & in obstricti animi symbolum thesauros suos libenter Phœnicibus cesserunt. Adfuit itaque metallorum copia adfuerunt porro & ingenia ad aliquid inveniendum apta & veluti nata, adfuit denique necessitas quædam quæ pecuniam postulavit mercaturæ adjudicem optimam, qua uti debuerunt in emendis & vendendis rebus minoris pretii. Nihil ergo valet quod SPERLINGIUS de nummis non cisis. c. 1. contra SALMASIUM assert mercaturæ usu non demonstrari posse Phœnices inventores fuisse pecunia; verum est hoc, sed SPERLINGIUS paulo ante ipse defendit & concedit Abimelechum signata pecunia usum esse. Abimelech fuit autem Rex Phœnix qui multo ante regna Græcorum exstructa, sceptrum tenuit, & ex hoc sequitur Græcos ante Abimelechi tempora non inventores pecunia fuisse, tunc adhuc homines incultos & rudes. Nummos autem tunc temporis cu-

sos

sos in Phænicia tam artificiose elaboratos fuisse, ut posteriori ævo Græcorum nummos non defendo sed potius nego. Sed tamen fuerunt signati & ita ad pecuniæ genus referri possunt. Supersunt adhæc Autorum loca quæ probant, Phænices probe metalla elaborare calluisse & Græcos hanc artem docuisse, sic enim scribit HYGINUS. fab. 274. „*Cadmus Agenoris filius as Thebis primus inventum condidit,* „ & PLINIUS. l. 7. c. 56. „*Auri metalla & conflaturam* „*(invenit) Cadmus Phænix ad Pangeum montem.* „ Meliorem de invento Pecuniæ per Phænices, notitiam eripuit nobis Græcorum invidia. Interea ex his rationibus, satis dignosci potest, Phænices primos in arte metallorum tractare celebres extitisse, & simul Doctores Græcorum fuisse ut supra satis jam probavi. Testimonium scripturæ non exiguum lucis partem affert ex prolata de Keseph Abimelechi mentione ut supra c. 2. §. 2. 3. 4. satis quoque probavi. Hoc tam insigne testimonium secutus Phænices inventores pecuniæ nominavi, nam ex nullo probari potest scriptore, aliam quandam gentem tunc temporis pecunia usum fuisse; Nulla etiam alia gens pecunia uti potuit propter rudes adhuc plerumque mores & vitæ conditionem agriculturæ & pecuariæ solum addictam. Satis ergo patet ad Phænices in antiquissimis temporibus præ omnibus florentes, divites, mercatores prudentes, quos quoque scimus nummos in emptione & venditione adhibuisse, inventum pecuniæ merito referendum esse. Nullum adhuc video tam magni valoris argumentum quod Phænicibus hunc honorem eripere, aliisque gentibus adscribere posset. Maneant ergo pecuniæ inventores, & nunquam amittant hanc, qua digni extiterunt, gloriam. Non abs re interea fortasse erit, ut etiam de Numis Phænicum & Pænorum differam, eo modo quem in prioribus capitibus adhibui.

## §. 7.

Fatum hoc iniquum, quod plurimos nobis eripuit  
 nummos antiquos, & Phœnices experti sunt numi; Nam  
 neque antiquitatis decus, neque reverentia erga maiores  
 eorumque gloriae monumenta, eos ab interitu liberare po-  
 tut; Artifices enim nova quadam arte tumidi, liquefa-  
 ctos juxta seculi morem elaborarunt & novo imaginum  
 splendore signatos reddiderunt. Pauci ergo ante Hasmo-  
 næorum tempora cusi supersunt, nobisque nihil reli-  
 ctum est, nisi quærela de jactura tam inæstimabili, qua ho-  
 mines inscii & venerandæ antiquitatis hostes nos affe-  
 runt, CLERICUS quidem in Bibliothèque Choisie. Tom.  
 XI. p. 104. (Ed. Amst. 1707.) sperare nobis permisit do-  
 libro quodam de antiquissimis numis Phœnicum in Hispani-  
 æ regione & alibi eritis edendo, sed opus hoc per ali-  
 quot annos adhuc expectamus. Exhibuit tamen CLERI-  
 CUS. d. l. 12. nummos, sed solum una parte, in Andalusia re-  
 pertos. In 1. 2. 4. 5. & 6to videmus pisces cum litteris Phœ-  
 nicibus quas me non intelligere fateor. Pisces autem in-  
 nuunt vel navigationes Phœnicum hæ enim plerumque per  
 triremes aut pisces derotantur, vel copiam piscium in oris  
 Phœniciae & Sidonis, vel denique venerationem Phœnicum  
 erga pisces, adorabant enim pisces & a piscibus abstine-  
 bant, testibus DIODORO. SIC. l. 3. c. 2. OVID. Fast. l. 2.  
 XENOPHONT. de Exped. Cyri. l. 1. PLUTARCH. Sympo-  
 si. l. 3. c. 8. CICERON. de Nat. Deor. l. 3; AELIAN. Hist. An.  
 l. 2. c. 11. MARTIAL. Epigr. 43. ARTEMIDOR. Oneicrit.  
 l. 1. c. 21. MANIL. in Sphær. fol. 343. PORPHTR. de Abstin.  
 l. 4. JOH. TZETZE. Chil. 9. c. 275. Contradicit autem GAF-  
 FARELLUS. in Curios. inaudit. P. I. c. 1. §. 4. p. m. 19. 20.  
 21. (Ed. Hamb. 1678. 8.) & profert in medium argumen-  
 ta quædam, Imo enim neminem dicere Syros ab omni-  
 bus

bus piscium generibus abstinuisse sed solum ab Apua & Ma-  
onide teste PLUTARCHO & TZETZE, Cbil. g. c. 275. Sed  
hoc argumentum innumera refellunt loca autorum quo-  
rum nomina supra adduxi. 2do probat ex Nebem. 13. v. 16.  
Phænices in foro Judæis pisces vendidisse, hoc enim non  
fecissent si pisces tanquam Deos coluissent. Sed hoc non  
sequitur, Ægyptii enim bouem numinis loco habebant &  
tamen boves mactabant & vendebant, Benianes quoque  
vaccas divino prosequuntur honore & ab earum carne absti-  
nen, & tamen exteris vendunt. Certum ergo manet Phæ-  
nices aliosque populos eorum piscium detestatos esse, unde  
& Meleager Gaderensis apud ATHENÆUM l. 4. Home-  
rum Syrum esse singit, quia heroes Græcos in convivio pi-  
scibus abstinuisse scribit conf. MARSHAM. Can. Chron. p.  
445. Colebant quoque Phænices Deos piscium forma e.  
g. erat Dagon, & Dea Derceto, quæ a piscis forma etiam  
Derceto vocata est. conf. de Piscibus & Derceto SELDEN.  
de Dis. Syr. Synt. l. c. 3. p. 268. seqq. SCHED. de Dis. Germ.  
Syng. I. c. 9. p. m. 126. OUZEL. in Minut. Fel. p. 179. MI-  
CHAEL. in Not. ad Gaffarell. n. 10. p. 39. 40. SAUBERT.  
de Sacrif. c. 23. p. 602. (Ed. Ien. 1659.) SALMAS. in Ex-  
ercit. Plinian. ad Solin. Tom. I. fol. m. 574. &c. Hac ex cau-  
sa sine dubio etiam piscium figura numi signati sunt. 3tio  
numo expressa estnavis commune Sydoniorum symbolum  
7. 8. 9nus habet Vulcani caput cum instrumenti fabrinis.  
Colebant enim Phænices Vulcanum & vocabant Δια μίχιον.  
juxta EUSEB. Prap. Evang. l. 1. p. 35. quod BOCHARTUS.  
in Geograph. Sacr. P. 2. l. 2. p. 784. Iovem machinatorem  
interpretatur; vocabant etiam Chrysor. BOCHART. d. l.  
10mus ostendit Apidis Ægyptii effigiem, quem parimodo  
venerabantur Phænices. 11mus litteras & 12mus fertum  
florum cum litteris habet. Explicationes CLERICI in hos-

ce numos vid. p. 107. - 133. d. l. In aliis numis Phænicum quos adhuc possidemus imprimis notamus raptum Europæ, quo Sidonii numismata sua signarunt. cf. NATAL. COM. Mytb. l. 8 c. 24. p. 919. Exhibitent ejusmodi numos ΣΙΔΩΝΙΩΝ SPANHEM. de Us. & Prest. Num. Diff. 9. p. 780. VAILLANT. Tom. II. Coloniæ. Num. p. 129. HARDUIN. in Num. Pop. & Urb. fol. 196. Videmus quoque raptum Europæ in numo ΓΟΡΤΙΝΙΩΝ apud BEGER. in Thes. Brand. Tom. I. fol. 100. & SPANHEM. in Comm. ad Callimach. hymn. in Delum. p. m. 481. (Ed. Traject. 1697.) & in Gemmis apud BEGER. d. l. Tom. I. fol. 195. Supereft quoque vetustus numus Sidonis Phænices olim metropoleos cum triremi solito Sydoniorum symbolo & græca Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΙΔΩΝΙΩΝ ac præterea Phænicis aut Hebraicis litteris הַנָּו qua voce Hebræis clivus aut arx notatur; Sic alius occurrit Tyri numus נָו inscriptus quæ litteræ non sunt explicandæ zur sed נָז Tsor conf. SPANHEM. de Us. & Prest. Num. Diff. 2. p. 64. 65. Exhibit adhuc unum notatu dignissimum HARDUIN. in Num. Pop. & Urb. fol. 175. numus est Tyriorum & Antonini Elagabali, in quo stat Dido cum hasta pura, dextra protensa instar juventis: supra muri & portæ civitatis, ad pedes didonis operarius ligone terram fodit, pone ipsum est murex Tyrius infra ΔΕΙΔΩΝ. Judicium & Explicatio HARDUINI de hoc numo viro tam docto minus est conveniens scribit enim: „Hæc symbola docent prima Tyriorum mania a Didone fuisse constructa, non certe Carthaginem, „quod contra omnem Historiæ & Chronologiarum veritatem pugnat. Plurimi Phænicum, Sidoniorum aut Tyriorum numi cusi sunt a Demetrio Sotere, Demetrio Nicatore, Tryphone & successoribus &c. & symboli loco habent, Herculem, Palmam, triremem, aquilam cum palma et ramo &c. vide de

de ejusmodi numis ΣΙΔΩΝΙΩΝ & Tyriorum SPANHEM.  
d. l. Diff. 9. p. 779. HARDUIN. de Num. Pop. fol. 155. 156.  
174. 175. & in Chron. V. T. fol. 608. 609. 612. 624. 634. 588.  
591. 592. 599. 600. 601. 608. 609. 613. 615. OCCON. p. 82.  
TRISTAN. T. I. p. 226. 125. PATIN. p. 298. 331. 340. BE-  
GER. Thes. Brand. Tom. I. fol. 513. T. III. fol. 71. 73. Her-  
culem in Phænicia cultum & hac ex causa in numis expres-  
sum esse, notum est ex BOCHARTO. SELDENO, BEI-  
ERO, MARSHAMO. HENDRICO & aliis. Palma au-  
tem saepissime in numis Phænicum occurrit, ut & in siclis,  
Phænicia enim abundabat palmis unde Palma nomen Φοι-  
νίξ sortita est, Tyrus quoque apud scriptores palmæ patria  
vocatur unde MELEAGER. in Epigrammate, quod exstat  
inter alia inedita antiquissimi Codicis Palatini qui Vatica-  
nae Bibliothecæ cum reliquis accessit :

Φοινίξ μὲν νίκαν ἐνέπει, πάτραν τε μεγαυχεῖ  
ματέει φοινίκων τὸν πολύποιον Τύρον.

*Palma quidem victoriam indicat, Patriam vero  
jactat*

*Matrem Phænicum liberis facundam Tyrum.*

conf. etiam URSIN. in Arboret. Bibl. c. 41. SPANHEM. d. l.  
Diff. 4. p. 316. alii. Triremes in numis navigationes Phæni-  
cum innuunt, ut & mercaturæ exercitium, aut triremis  
inventum & earum usum perpetuum. Brevis hæc est de  
numis Phænicum notitia & fortasse non molestum erit Le-  
ctori, ut de numis Punicis quoque antiquissimos, qui  
cum Phæniciis, arctam habent vicinitatem & convenien-  
tiam, proferam.

Vetusto nomine gloriabatur magna Carthago, quippe quæ fere ante Didonis tempora jam condita florebat. Africanus quidam Historicus IBNURAKICK tradit, Carthaginem a populo quodam ab Ægyptiis Barca expulso conditam esse. *vid. DAPER. in Africa Descript. fol. 285. (Ed. Amst. 1670.)* Sed hoc fide & probatione caret assertum. Probabilius & veritati magis consentaneum est, Cadmum qui in Lybia centum urbes exstruxit, juxta NONNUM. in *Dyonisiac. l. 13. v. 364.*

- - - - - Αἰγυσίδη Κάδμος ἀρέσκειν  
Δωμήσας πολίων ἐκατοντάδε. - - -  
- - - - - *Lybistide condidit ora*  
*Cadmus centum urbes.* - - -

etiam simul Carthaginem excitasse, quæ etiam in memoriam vocata est Cadmæa apud STEPHANUM & SIL. ITAL. Accedit simul non facile esse credendum, fæminam Principem & sacerdotis solum viduam, Regi & per consequens etiam aulæ ministris perplurimis exosam, inque fuga salutem quærentem, tam multos invenisse comites, ut eorum auxilio urbem struere & contra vim hostium defendere potuisset. Nulla quoque gaudet probabilitate, Didonem in urbe Regia tantam parare classem invito & inscio Rege velaque dare ventis clam & sine ullo strepitu potuisse. Nihil ergo me cohibet, ut sententia huic BOCHARTI, in Chanaan. l. i. c. 24. p. 510, 511. & meum nomen addam, nisi tam multa scriptorum testimonia contrarium proferrent. Interim res adhuc in dubio posita manet, an Dido solum Byrsam & mania urbis Carthaginis exstruxerit, & i-  
deo

deo pari casu ut Romulus Romanorum mæniorum conditor, urbis totæ Mater vocata, an totam urbem. Id quod *PHILISTIUS NAUCRATITA apud EUSEB. n. 804.* & *APPIANUS. de Bell. Pun. p. 1.* & alii tradunt, Carthaginem a Zoro & Carchedone conditam, magis fabulæ quam veræ historiæ speciem habet ; Zor enim est urbs Tyrus Carthaginis Parens, Carchedon significat nova civitas, quo nomine Carthago olim vocabatur vid. *BOCHART. d. l. l. 1. c. 24. p. 512.* *MARSHAM. Can. Chron. p. 422.* *HENDREICH. in Cartbag. l. 1. §. 1. c. 1. p. 13.* Sit autem Carthago a Cadmo aut ab Elissa aut a Carthagine Herculis filia, (quæ Tyrii ut Deam coluerunt teste *CICERONE* & quæ Carthagini nomen dedit juxta sententiam *CAROLI PATINI. in Numism. Imperator. fol. 16.*) condita, hoc certum est urbem fuisse antiquissimis temporibus exstructam. Licet nunc verisimile sit, & jam ab initio in urbe usum pecuniae locum obtinuisse ; Pænosque omnes Phænicum artes moresque & ritus exercuisse, fugit tamen hoc nostram notitiam, nam vetusti Pænorum numi par cum numis Phænicum antiquissimis experti sunt fatum, plurimamque partem periære, exceptis paucis, quos mitior quædam fortuna adhuc salvos reddidit. De numis Punicis memoratu dignis quædam litteris consignarunt *RELANDUS. in Diff. I. de Num. Samurit. p. 24.* *ANTON. AUGUSTINUS in Dialogo 6to.* *BERNH. ALDRETE. libro 2do Antiquitatum Hispaniæ & Africæ.* *JOH. de LASTANOSA. in raro illo libro, qui lingua Hispanica editus Cæsar Augustæ 1664. 4.* & titulum habet : *Museo de las metallas desconocidas Espanolas.* ut & *MORELLUS in Specimine Rei nummariarum aliique.* Dido autem prima in urbe Carthagine traditur numos signasse, juxta *PATINUM. in Hist. Numism. c. 12. p. 83.* qui etiam simul tradit nullum adhuc Didonis nu-

misma reliquum mansisse. Profertur tamen ab aliis nummus Didonis, in quo una parte reginæ effigiem cum incisis verbis : ΔΙΔΩ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ· altera parte autem imaginem arcis cum voce ΚΑΡΧΗΔΩΝ, videmus. Hunc numum autem merito inter suppositios referto, nam Imo non est verisimile, Pænos adhuc liberos & nondum Romanis subiectos Græca aut Romana lingua usos esse & litteris Græcis, numos potestatis liberæ & Regiæ symbola signasse. Nam potius ex numis Punicis demonstrari potest, semper Punicas in numio expressas esse litteras. Secundo in nullo alio numo Punico occurrit arcis effigies, e contrario signum Carthaginensium ordinarium equus cum palma aut caput equi est, quod etiam semper in numis deprehenditur. Et 3tio etiam ex epigraphè probari potest, numum esse subleste fidei, nunquam enim in numis Reginarum exstat Nominativus ΔΙΔΩ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ, sed semper Genitivus ut in numis Artemisiæ ubi ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΣ nomen deprehendimus vid. SCHMID. in num. Sel. ex Gaz. Arnstadv. p. 33. ut & in numis ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ apud PATIN. in Num. Imperator. fol. 22. & in Hist. Num. c. 9. p. 60. porro in numis ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ apud HARDUIN. in Num. Pop. & Urb. fol. 154. b. BEGER. in Thes. Brand. Tom. I. fol. 300. Alium Carthaginensium numum multo melioribus genuinæ antiquitatis notis insignem exhibit OISELIUS in Thes. Numism. antiquor. tab. 32. n. 7. 8. p.m. 140. (Ed. Amst 1677. 4.) Una enim parte est caput mulieris spicis redimitum cum 4. Delphinis. ). caput equi ferocis cum palma adstante & litteris punicis : ΦΛΥΚΗΟ. quibus ex litteris OISELIUS legit Caccabe, sed quo fundamento nescio. Putat OISELIUS porro caput foeminæ significare vel Didonem vel Venerem, Uraniam vel urbem quandam maritimam. Credo autem hocce caput potius denotare Cererem Africana-

nam

nam in honorem aut memoriam Didonis in numio expressam. Patet hoc ex capite spicis redimito, & quod Ceres viduarum Carthaginensium Tutrix & Dea fuerit, impri-  
mis Didonis, quæ secunda vota aversata, huic Deæ se totam sacravit. De Viduis Africanis Cereri dicatis prodit  
*TERTULIAN. ad Uxor. l. 1. c. 6.* „*Viduas Africani Cereri assi-  
stere scimus durissima quidem oblitione matrimonii adle-  
ctas &c.* vid. & *TERTUL. de Castitate c. 13.* & de Monogamia. Unde etiam statua Cereris in Didonis templo posita erat *Juxta SIL. ITALIC. l. 1.*

*Stant aræ cælique deis Hereboque potenti,  
Hic crine effuso atque Ennae numina Divæ.*

Vel etiam innuere Carthaginem urbem ipsam; spi-  
cæ enim denotant fœcunditatem Lybiæ, quæ tam insignis  
erat, ut in totam Italianam abduceretur Lybici frumenti co-  
pia, unde etiam Africam τὰν πυξοφόρον λιβύαν tritici fera-  
cem Lybiam vocarunt veteres, ut *PINDARUS. Istm. 4. v.  
91.* vide testimonia autorum apud *BOCHART. Geogr. Sacr.  
P. 2. l. 1. c. 25. p. 536. seqq.* *HENDREICH. in Carbag.  
l. 1. §. 1. c. 2. p. 41. sqq.* *DEMSTER. in ROSIN. Ant. Rom.  
l. 7. c. 38. p. m. 1175. 1176.* Delphini autem symbola sunt  
potestatis maritimæ Carthaginensium, qua Rempublicam  
suam aliis gentibus tam terribilem & venerabilem reddi-  
derunt. Delphini etiam fere semper navium copiam &  
peritiam gentis nauticam designant ut in numis Syracusa-  
norum apud *BEGER. Thes. Brand. Tom. I. fol. 381. 384. 385.  
386. 388. Tom. III. fol. 41.* Caput equi in altera numi par-  
te ordinarium Carthaginensium numismatum est insigne &  
in memoriam capitis equini olim in exstructione urbis ef-  
fossi, in nummis expressum. *STEPHANUS. EUSTATH.*

in DYONIS. ISIDOR. l. 3. c. 2. & l. 15. c. 2. JUSTINUS.  
l. 18. c. 5. CÆL. RHODIGIN. Ant. Lect. l. 18. c. 38. VIR.  
GIL. En. l. 1. v. 446. seqq.

� turbine Pæni  
Effodere loco signum, quod regia Juno  
Monstrarat, caput acris equi, sic namfore bello  
Egregiam & facilem victu per secula gentem.

Occurrit etiam equus, ut & caput equinum in numis Romanorum antiquissimis, & tradit BOISSARDUS in tr. de Divinat. p. 355. parem rationem, dum scribit, inventum esse caput equinum, cum Capitolium fundaretur. Videmus igitur in vetustis Romanorum numis caput galeatum .).(. caput equi ferocis cum spica & ep. ROMANO. & in alio numo absque spica caput Equi c. ep. ROMA apud GOLTZ. in Fastis. & BEGER. Thes. Brand. Tom. I. fol. 558. 359. Tom. III. fol. 76. ut & integrum equum cum clava Herculis & ep. ROMA in aliis numis apud BEGER. in Thes. Palatin. fol. 192. & in Obs. Sel. ad Numism. Sel. n. 24. p. m. 30.

Palma prope caput equinum aut equum in adducto numero innuere videtur caput equinum prope palmam effossum esse teste EUSTATHIO in Dyonis. Alexandrinum. aut regionem ex qua Pæni orti designat. Græcis enim Palma Φολιξ est, unde & provincia Phœnicia dicta quod Palmis abundaret & Carthaginenses Pæni dicti sunt, pro Phœniciis & lingua Punica, pro Phœnicica. Alium adhuc numum Punicum adducit OISEL. d. l. tab. 32. n. 9. p. 142. in quo prima parte videmus caput matronæ .).(. integrum equum juxta Palmam stantem quasi ei inixum fortitudinem Car-

thaginensium & amicitiam cum Patria Phœnicum regione celebrantem, prope expressus est Mercurii baculus juxta sententiam OISEL. sed Aesculapii baculum esse judico; Aesculapius enim imprimis a Carthaginensibus colebatur. VOSS. in *Theolog. Gentil.* l. c. 32. Templum quoque tam immensa molis, ita ut in illud expugnata jam urbe 50000. hominum millia se reciperent, in Cacumine arcis Byrsæ exstructum erat. ex STRABONE. l. 17. APPLANO in *Punicis*, & APULEJO in *Florid.* BOCHARTUS. d. l. P. 2. l. 1. c. 24. p. 513. HENDREICH. *Carthag.* l. 2. §. 1. c. 4. p. 216. 217. Principesque Carthaginis secreta consilia in hoc templo agebant. juxta LIVIUM. l. 42. c. 24. p. m. 1124. (Ed. Francf. 1659.) Nil e contrario de veneratione erga Mercurium scimus. Supersunt porro quoque numi Punici cum effigie Amilcaris & Hannibal & litteris Punicis vid. UR- SIN. in *Imagin.* n. 9. seqq. & NEPOTEM ex marmoribus & numis studio Variorum illustratum. p. m. 311. 320. (Ed. Li. Bat. 1675. 8.) Affert etiam HARDUINUS. in *Num. Pop. fol. 42. b.* numum in quo parte adversa templi effigiem cum ep. KART. VENERIS. & parte aversa SUF. ARI- STO. suffete Aristone videmus. Carthago sacra erat Veneri, quæ ibi imprimis colebatur sub Nomine Astarte cf. SELDENUS. de *DIS.* Syr. Synt. 2. c. 2. BOCHARTUS. d. l. p. 787. Sched. de *DIS.* Germ. Syngr. I. c. 9. p. 153. PROCOP. GAZÆUS. in 2. Reg. c. 17. & 23. CÆL. RODIGIN. L. A. l. 33. c. 3. FLORIDUS. SABINUS. Lect. Succis. l. 5. c. 7. CLU- VER. Germ. Antiq. l. 1. c. 27. DIONIS. GOTHOFRED. in not. ad VARRON. p. 1586. CASP. SANCTIUS. Comm. ad l. 1. Reg. c. 11. p. 114. Suffetes, quorum in aversa numi par- te mentio sit, summæ rerum in urbe prærant, ut & in aliis Pœnorum civitatibus. Ii autem, qui in aliis urbibus erant, subjecti erant ducibus Carthaginensium, unde Ma-

go suffetes Gadium' ob regimen male gestum cruci affixit,  
referente LIVIO. l. 28. c. 37. p. 609. In urbe autem Car-  
thagine summi magistratus honorem & potestatem tene-  
bant, quemadmodum Romæ Consules. Duo simul erant  
Suffetes, qui per annum imperii habendas regebant, præ-  
terlapso autem anno deponebant. Apud plerosque scri-  
ptores quoque Reges vocantur ut POLYB. l. 3. c. 33. l. 6. c. 49.  
ARISTOT. Polit. l. 2. c. 11. PROB. in Vit. Hannib. DIODOR.  
l. 14. HEROD. l. 7. NEP. in Hannib. c. 7. cf. de Suffetibus  
HEINDRICH. in Carthag. p. 311. seqq. KEUCHEN. & SAL-  
MAS. in Not. ad Nepot. in Hannib. c. 7. p. m. 340. (Ed. L. B.  
1675.) SELDEN. de DIS. Syr. in Proleg. c. 2. p. 16. BO-  
CHART. Geograph. Sacr. P. 2. l. 1. c. 24. p. 516. 517. MARS-  
HAM. Can. Chron. p. 309. Numus autem hic quem recen-  
sui, non inter vere antiquos referendus, sed potius in Co-  
lonia quadam Pœnorum, ubi latina lingua usui inserviit,  
cusus. Affert quoque adhuc ANTONIUS AUGUSTINUS  
numum cum capite equino & verbo ut putat: Eaccabe. in  
Dial. 6. cf. BOCHART. d. l. p. 514. 515. HENDREICH. d. l.  
p. 26. Adhuc alium habet CAROL. PATIN. in Hist. Num.  
c. 12. p. 84. & in Num. Imperator. fol. 15. a. in una parte  
stat Juvenis hastatus cum ep. KARTHAGO. in altera vero  
caput equi frænatum cum XLII. Non autem numus hic  
a Poenis, sed potius a Romanis prolatus, aut in Colonia  
quadam Pœnorum cusus, nam parem numum in Panormi-  
tana urbe signatum in quo priori parte juvenis hastatus c.  
ep. KART. PAN. .). caput equi deprehendimus, af-  
fert HARDUIN. in Num. Pop. fol. 130. b. Panormus autem  
Carthaginem venerabatur potestatem unde & nomen  
Carthaginis in numo, conf. SPANHEM. Diff. 4. p. 304.  
Invenimus etiam in aliarum gentium numis caput equi ut

in humo Ptolomæi Regis Mauritaniae Jubæ filio apud **PATIN.** in Sueton. p. 220. **VAILLANT.** p. 404. **SPANHEM.** Tom. II. p. 541. **HARDUIN.** in Numism. Pop. fol. 103. **SPON.** in Miscellan. Antiq. fol. 146. In plurimis autem Numis in Mauritania cisis alia videmus insignia vid. **SPON.** d. l. fol. 146. **HARDUIN.** d. l. fol. 102. sq. **PATIN.** in Sueton. p. 220. **SPANHEM.** Tom. II. p. 542. seqq. **TORRENTIUS** in Sueton. **Calig.** c. 26. **BEGER.** Thes. Brand. Tom. I. fol. 302. 303. Sed rumpo hic filum, ne nimis prolixus videar brevem solum de numis Punicis notitiam pollicitus. Satis ergo tam de numis Punicis quam de origine numerorum ad orientalem Phœnicum gentem referendo differui. Superest ut de Romanis, populo tam insigni & omnium potentia, splendore & magnitudine facile præcipuo, primoque apud eos numerorum origine quædam proponam non ita vulgaria, lumenque ex tanta opinionum nube producam, quo hæc tam obscura aliquo modo illustretur materia.

## CAP. VI.

## DE ORIGINE PECUNIÆ APUD ROMANOS.

S. 1.

Absolutis de invento pecuniæ apud alias gentes capitibus ad Romanos venio omnium populorum facile Principes. Tantæ autem mihi de inventore Pecuniæ apud Romanos differenti obveniunt res sibi contrariae, ut ipse nesciam ad quem finem filum meum deducam, & quem dignum prædicem eæ gloria quæ ex invento pecuniæ ori-

tur. Sed longe ambiguus & hærens tandem cuidam Servio antiquiori hoc tribuendum esse inventum putavi. Servium vero primum pecudis imagine & signasse quoque concedo.

## §. 2.

Ad varios autem refertur pecunia inter Romanos origo. Janus inter hos antiquissimus est, & res ita se habet. Saturnus ab ingrato filio Jove throno motus & in exilium pulsus, navi vectus in Italiam venerat & a Jano exceptus erat. Saturnus vero gratitudinis haud immemor, rudes adhuc Latii incolas varias docuit artes ad sustentationem vitæ humanæ paulo nobiliorem necessarias. *ACTANT. de fals. Relig. l. i. c. 13. VICTOR. de Orig. Rom. p. m. 425. VIRGIL. Aen. l. 8. v. 319. seqq.*

*Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo  
Arma Jovis fugiens & regnis exul ademptus  
Is genus indocile ac dispersum montibus altis  
Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari  
Maluit, hic quondam latuisset tutus in oris.*

Hisce autem in Latinos collatis beneficiis omnes sibi adeo obstrictos reddidit, ut ei, a Jano in regni societatem assumto, licuerit urbem Saturniam prope Jani regiam, quæ erat in monte Janiculo extrudere. *KIRCHER. in Latio Vet. & Nov. P. I. c. 2. fol. 6. 7. (Ed. Amst. 1671.) VIRGIL. Aen. l. 8. v. 355. seqq.*

*Hæc duo præterea disjectis oppida muris  
Relliquias, veterumque vides monumenta vi-*

*orum*

*Hanc*

Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem

Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

In memoriam autem amicitiae hujus & societatis inter Janum & Saturnum initæ, Janum perhibent primum signasse numum, in quo una parte Janus biceps, altera vero navigium quo Saturnus in Italia venerat, videmus. cf. PATIN. Hist. Numism. c. 15. p. 109. SUARES. de Numism. c. 3. p. 7. SCHOTT. ad Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 3. BOCHART. Phaleg. l. i. c. 1. p. 4. Testantur hoc varii scriptores inter quos ATHENÆUS. Deipnosoph. l. 15. c. 19. fol. 692. (Ed. Lugd. 1612.) scribit: „Janum ferunt pri-  
„mum areum numisma signasse: ita complures ex Græcia,  
„Sicilia Italiaque civitatibus in altera numismatis parte fa-  
„ciens bieipitem in altera vel ratem vel coronam vel navi-  
„gium...” Porro etiam VICTOR. Orig. Gent. Rom. in Opp. Script. Aug. Tom. I. p. 425. (Ed. Lugd. Bat. 1632.) „Istum  
„etiam usum signandi eris ac moneta in formam incutienda  
„ostendisse traditur (Janus) in qua ab una parte caput ejus  
„imprimeretur, altera navis qua vectus illo erat.” MACROBIUS quoque Saturnal. l. I. c. 7. „Hic igitur Janus  
„cum Saturnum classe profectum excepisset hospitio, & ab  
„eo eductus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fru-  
„ges cognitas dictum in melius redigisset, regni eum societa-  
„te muneravit; cum primus quoque ara signaret, servavit  
„in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat  
„advectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera  
„vero navis exprimeretur, quo Saturni memoria in poste-  
„ros propagaretur, consentit quoque TERTULLIAN. in Alopoget. adv. Gent. c. 10. Sententiae huic nomina quo-

que dederunt CANTERUS. Var. Lect. l. 2. c. 23. & BEGERUS. in Thes. Brand. T. II. fol. 527. & Janum primum signatorem æris apud Latinos prædicant, afferente BEGERO, Saturnum ex Græcia numos secum duxisse ab Erichtonio qui 200. annis ante Janum vixit, inventos & cusos. Sed sibi ipsi contrarius est Vir Summus BEGERUS, nam alio loco Phidoni multo recentiori inventum pecuniae adscribit. Ectipon numi, qui Jano tribuitur, est apud THEODOR. CANTER. Var. Lect. l. 2. c. 23, ex SAMBUCO, ut & apud GORLÆUM. Thes. Num. tab. 26. n. 1. CASAL. de Vet. & Profan. Rom. Rit. c. 17. n. 33. p. 100. BEGER. in Thes. Brand. Tom. II. fol. 526. & in Sel. Obs. ad Num. n. 40, p. m. 60, Causam cur Janus biceps in numo expressus sit, docet OVIDIUS. Fast. l. 1. v. 229.

- - - - -

*Sed cur navalis in are  
Altera signata est altera forma biceps.  
Noscere me duplii posses in imagine, dixit,  
Ni vetus ipsa dies extenuasset opus.  
Causa ratis superest : Tbuscum rate venit in are  
mnem  
Ante pererrato falcifer orbe Deus.  
Hac ego Saturnum memini tellure receptum &c.*

Vera ratio est societas Jani cum Saturno, horumque conjunctum regimen, inde enim in una persona sed duobus capitibus in numo expressi sunt Janus & Saturnus. Moris erat apud Veteres, urbes aut personas amicitiae & societatis vinculo conjunctas capite gemino denotare. Hoc enim deprehendimus in numo Insulae Lemni, ubi caput geminum societatem duarum urbium demonstrat. BEGER. in

in Thes. Palatin. fol. 136. Porro in numo ΡΗΓΙΝΩΝ ubi  
 conjunctio Chalcidensium qui Rhegium condiderunt &  
 Messenionum, quos Chalcidenses in coloniæ Societatem  
 assumerunt juxta STRABON. capite bifronti innuitur. BE-  
 GER. Thes. Brand. T. II. fol. 338. Ut & in alio numo, in  
 quo duo capita Antiochi Grypi qui & Philometor vocatur  
 in Græcis SCALIGERI ad Euseb. Exc. p. 371. & Cleopatræ  
 matris in una parte, in altera autem figura hastata sedens  
 cum capite gemino & inse. ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ  
 ΘΕΛΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΤ. rationem habet JUSTI-  
 NUS. I. 39. c. i. SPANHEM. de Us. & Prest. Num. Diff. 5.  
 p. 409. Denique in nummo Getæ ubi Getam una parte  
 cum ep. P. SEPT. GETA, PIVS. AVG. BRIT. in altera vero  
 Janum geminum hastatum cum ep. TR. P. III. COS. II.  
 P. P. quo conjunctum cum fratre Caracalla imperium de-  
 notatur, videmus apud BEGER. in Thes. Brand. T. II. fol.  
 706. & in Sel. Obs. ad Numism. n. 39. p. 58.

Jani effigies non tam frequenter in numis occur-  
 rit, nam in toto PATINI de Numis Imperatorum opere,  
 nullum cum Jano gemino numum videmus. Habemus  
 tamen adhuc quosdam e quibus Imus apud PARUTAM  
 existat, ubi una parte caput Jani biforme, altera columbam  
 videmus juxta SPANHEM. d. l. p. 124. Sed nescio, quo  
 modo columba ad Janum referri possit Veneri sacrata, po-  
 trius anserem esse puto, ea ex ratione, quia anserum clan-  
 gor olim capitolium Jovi & Jano sacrum a gallorum insi-  
 diis liberavit, Maniliumque & ceteros arcis defensores ex-  
 citavit. LIV. l. 5. c. 47. p. 126. 2dus est Panormitanor-  
 um in quo hircocervus cum capite Jani gemino apud  
 SPANHEM. d. l. p. 161. Tertius quoque Panormitanorum  
 est in quo aquila Jovis armigera .). Janus biceps cum  
 eve,

ove, quæ Jovi scilicet singulis Idibus immolari solita, quare & ovis Idulis lingua Etrusca est appellata. *HARDUIN.* in *Num. Pop. & Urb.* fol. 130. b. *4*tus est numus gentis O-gulniae, in quo una parte Janus geminus. *navis cum tridente & ep.* M. GAR. VER. OGVL. apud BEGER. d. l. T. II. fol. 567. *5*tus est numus gentis Furiæ, in quo caput Jani bifrontis barbatum c. ep. M. FOVRI. L. F. expressum. apud OISEL. in *Thef. Sel. Num. tab. 40.* n. 11. p. 198. Sed & sæpius cernitur Janus in numis Familiarum Romanarum apud FULV. URSINUM imberbis plane & juvenili forma sculptus tum alibi tum in gente Fonteja, cui similis est denarius argenteus Fam. Rom. cum littera V. & stellula radiata, nota ut videtur monetali, in quo cernitur Jani bifrontis caput imberbe & juvenile. vid. OISEL. d. l. t. 40. n. 12. p. 199. Occurrit quoque Janus geminus in Numis Pompeji apud HARDUIN. in *Hist. August.* fol. m. 691. in Opp. Sel. & BEGER. in *Thef. Brand. Tom. III.* fol. 81. ut & in numo Antonini Pii apud OISEL. tab. 41. n. 2. p. 201. & quadri frons in numio Hadriani apud OISEL. tab. 41. n. 1. p. 200. Numis Jani ratitis non dissimilem numum in quo una parte caput Herculis cum exuvii leoninis, in altera navis, exhibet BEGERUS. *Thef. Brand. Tom. II.* fol. 526.

## §. 3.

Sed veritati minus conveniens esse mihi videtur, Janum jam numos signasse, Regem cuius subditi adhuc rudes sine omni cultu fuisse describuntur. Vocantur enim VIRGILIO *Aen. l. 8. v. 315. seqq.*

Gensque virum truncis & duro robore nata,  
Queis neque mos neque cultus erat: nec jungere  
tauros

Aut

*Aut componere opes noraut, aut parcere parto:  
Sed rami atque asper victu venatus alebat.*

Quis ergo credat homines tam rudes & ab omni aliorum populorum commercio alienos, pecuniam inventisse. Nulla iis fuit occasio numos adhibendi, nulla enim exercuerunt commercia, sed agriculturæ & venationi solum dediti, vixerunt. Saturnus quoque numos ex Græcia nullo modo afferre potuit, ipsi enim Græci adhuc tunc temporis pecuniæ usum nesciebant, & Erichtonius nullo fundamento inventor vocari potest, ut supra jam ostendi. Num cum effigie Jani, a posteris in memoriam cusi sunt referente PLUTARCHO. in Quæst. Rom. n. 2. & OVID. in Fast. l. I. v. 239.

*Ast bona posteritas puppim formavit in ære  
Hospitis adventum testificata Dei.*

Affirmat hoc PAULINUS NOLANUS. in Carm. ad Paginos. v. 71.

*Et Janum geminum veteres dixere Latini  
Hic quia navigio Ausonias advenit ad oras,  
Numus huic primum tali est excusus honore  
Ut pars una caput pars scalperet altera navem.*

#### §. 4.

Duæ adhuc supersunt sententiæ, quæ ambæ non parum probabilitatis habent, & argumenta haud levis momenti afferunt. Prior Servium signatorem æris omnium primum vocat; Posterior autem quendam Servio adhuc antiquiorem querit. Ad Servium autem inventum pecu-

niæ inter Romanos referunt plurimi Scriptorum inter quos  
 ALEXAND. ab ALEX. Gen. Dier. l. 4. c. 15. p. 218. a. BOX-  
 HORN. de Imper. Roman. Diff. 6. §. 6. p. 51. SMIDELIUS. in  
 Boxborn. d. l. p. 253. JOH. RHODIUS. de Pond. & Mens.  
 Vet. Med. p. 16. (Ed. Hafn. 1672. 4.) LIPSIUS de Numo-  
 mar. c. 1. p. 5. (Ed. Patav. 1648.) BASNAGE Histoire des  
 Juifs. Tom. VI. §. 26. p. m. 432. seqq. alii. & testimonio  
 PLINII primario innituntur, quod ita sonat l. 18. c. 3. p.  
 809. „ Servius Rex evium boumque effigie primus as signa-  
 vit „ & l. 32. c. 3. „ Servius Rex primus signavit as, an-  
 tea rudi usos Roma Remeus tradit. Signatum est nota pe-  
 culidum unde & pecunia appellata. „ Autor quem addu-  
 cit PLINIUS in plurimis editionibus minus recte scriptus  
 est, PLINIUS enim ipse in indice l. 33. habet: Timæus,  
 & dicit eum de metallica disciplina scripsisse. Codex Re-  
 gius in Gallia habet hoc loco Temeos. Chiffletianus Co-  
 dex autem & editio Parmensis Timæus recte, editi vero  
 deinceps libri Remeus inepte. Sequitur PLINIUM CAS-  
 SIODORUS. I. 7. c. 32. p. 450. & scribit: „ Servius Rex  
 „ monetam in are primum impressisse perhibetur. „ Pro  
 PLINIO etiam facere posset, si quis dicat, PLINIUM ad-  
 dicere testimonium TIMÆI, viri longe eruditissimi juxta  
 CICERON. de Orat. vid. VOSS. de Hist. Græc. I. 1. c. 12. p.  
 m. 82. seqq. TIMÆUM hunc esse non Timæum Croto-  
 niatam, aut Timæum Parium vel Locrum ex cuius scriptis  
 Plato Timæum suum composuit, sed TIMÆUM Siculum  
 Principis Andromachi Tauromenensis filium, juxta DIO-  
 DOR. SIC. Bibl. I. 16. c. 7. p. 740. Historicum quem o-  
 mnes laude extollunt ut DIODOR. SIC. I. 5. c. 1. p. 273.  
 „ Timæus sane & in temporum notatione exquisitam adhi-  
 buit diligentiam & ut varie rerum cognitione abundet so-  
 licite laborat. „ Scripsit autem hic universalem histo-  
 riæ

riam referente DIONYSIO HALYCARNASS. l. i. p. 20.  
 „ Timæus Siculus res priscas complexus universali bistoria,  
 Pyrrhi Epirote bellis privatim dicato volumine. „ Contin-  
 nuavit hanc historiam POLYBIUS ut ipse refert. l. 3. c. 32.  
 Sæpius etiam nomen Timæi occurrit apud DIONISIUM  
 HALYCAR. POLYBIVM, DIODORVM, ÆLIANVM,  
 ANTIGONVM aliosque. Sed ad rem ; hoc certum est  
 Servii tempore numos exstissem, Probamus enim hoc ex  
 loco DYONISH HALYCARNAS. Ant. Rom. l. 4. p. 268.  
 quem locum SPERLINGIUS in tr. de numis non euis. c. 33.  
 p. 211. ad Tullitum Hostilium refert, cum e contrario lo-  
 cus solum de Servio Tullio non vero de Tullio Hostilio lo-  
 quitur ; locus est hic : „ Ad id sacrificium eumque con-  
 ventum omnes paganos jussit in singula capita conferre cer-  
 tum numismatis genus „ & paulo post : „ tradit L. Pi-  
 so in primo annalium, voluisse eum & urbane multitudi-  
 nis scire numerum tum nascentium, tum morientium, tum  
 eorum qui virilem togam sumerent : statuisseque quanti  
 pretii numos pro singulis inferre deberent cognati in era-  
 rium Ilitbye & pro nascentibus &c.

## §. 5.

Hæc quæ adduxi sunt plurima quæ pro Servio pu-  
 gnant argumenta ; adsunt autem adhuc graviora , quæ  
 antiquiorem pecuniæ apud Romanos usum probant. Li-  
 cet autem certum quendam numorum inventorem nomi-  
 nare non liceat, hoc tamen satis clare patebit , fuisse nu-  
 mos Servio antiquiores, eorumque usum Romanos adhi-  
 buisse, & tali modo amittere Servium æris primo signati  
 gloriam , tam diu jam possessam. Probamus autem hoc  
 Imo ex antiquitate urbis Romæ, quæ diu ante Romulum

condita Romulo nomen dedit, non vero Romulus urbi. Vir Clar. RICHARDIUS Bibliothecæ Jenensis Præfектus in Dissertatione quadam de Roma ante Romulum condita. (Ed. Jen. 1706.), eleganter pertractavit hanc materiam, omisit autem adhuc loca quædam gravioris momenti quæ plurimum huc faciunt & hic adducere licebit. Roma primis temporibus Valentia vocata est, & hoc arcanum nomen est de quo PLINIUS. l. 3. c. 5. p. 145. scribit :

„Superque Roma ipsa cuius nomen alterum dicere arcanis „ceremoniarum nefas habetur, „ vide de primo hoc urbis Roma nomine SOLIN. c. 2. WELSER. Rer. Aug. l. 2. p. 23. & l. 3. p. 50. JUL. JACOBON. app. ad Famil. C. S. pag. 9. PETR. PITHOEUM. Adversar. l. 1. c. 4. BRISSON. Form. I. p. 70. FABRICIUM in Roma. c. 2. ONUPHR. Urb. Rom. p. 16. Exstructa autem erat hæc urbs in monte Palatino ab Arcadibus teste VARRONE. l. 4. de LL. p. 16. & VIRGIL. l. 8.

*Arcades his oris genus a Pallante profectum  
Qui Regem Evandrum comitati & signa secuti  
Delegere locum & posuere in montibus urbem  
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.*

conf. DIONTS. HALYCARNASS. l. 1. p. m. 44. Consentient uno ore omnes autores Romulum Romanum urbem in monte Palatino excitasse. Non opus autem fuisset, in eo monte novam urbem struere, in quo jam longe urbs flouruit; auxit ergo quidem Romulus forte urbem Valentiam, non autem primus condidit. Nomen autem Valentia & Roma unum idemque est, p̄w̄n enim Latinis est Valentia a robore vel valore. Probamus quoque ex scriptoribus.

ptoribus magnæ inter Historicos fidei Romam multo ante  
 Romulum exstitisse, scribit enim DTONIS. HALTCAR. Ant.  
 Rom. I. i. p. 86. sq. „ Quod si quis velit rem altius etiam  
 „ repetere, tertiam quandam Romam his antiquorem inde-  
 „ niet, ut quæ ante Æneæ Trojanorumque in Italiam ad-  
 „ tum fuerit. Hoc autem nec vulgaris aliquis nec recens  
 „ scriptor prodidit, sed Antiochus Syracusanus cuius jam su-  
 „ pra memini. Is ait Morgete in Italia regnante &c. venisse  
 „ ad eum quendam Romanum exulēm verba ipsius sunt bæc:  
 „ Postquam autem Italus consenuit, Morges pro illo regna-  
 „ vit, hujus tempore venit a ROMA vir quidam profugus no-  
 „ mine Siculus. Atque ita ex autoritate Syracusani hujus  
 „ scriptoris invenitur quedam antiqua Roma Trojanis tem-  
 „ poribus antiquior. „ Alio loco DTONIS. conditorem  
 Romæ nominat. p. 85. „ Nec desunt qui dicant Romam  
 „ conditam ab Itali filio Romo nato ab Electra Latini filia. „  
 Adducit DTONISIUS adhuc alios scriptores Græcos qui  
 omnes consentiunt Romum Romæ conditorem fuisse, sed  
 diversum faciunt hunc Romum ab Itali filio Romo, locus  
 DTONISII. I. i. p. 84. est hic „ Cephalon Gergithius scri-  
 „ ptor antiquissimus secunda etate post bellum Trojanum ait,  
 „ conditam ab Æneæ sociis ex Ilio profugis Romo autore dedu-  
 „ cende colonia: fuisseque hunc unum ex Æneæ filiis nam  
 „ quatuor eum habuisse tradit, Ascanium, Eurileontem, Ro-  
 „ mum Romulum; cum hoc de tempore consentiunt Dema-  
 „ goras & Agathyllus, multique alii quemadmodum & de  
 „ duce Colonia. „ Habet quoque hæc PLUTARCH. in Ro-  
 „ mulo. STNCELLUS. fol. m. 192. 193. (Ed. Paris. 1652. fol.)  
 cf. etiam HUGO. de Orig. Ital. & Urb. Rom. in Praef. n.  
 ddd (Ed. Rom. 1655. 4.) Sequitur ergo ex his Romam  
 jam primis & antiquissimis temporibus exstitisse. Vero-  
 simili-

simile ergo non est urbem tam vetustam; tam florentem & magnam Regni sedem per tot secula usque ad Servii tempora pecunia caruisse. Ido, nullus scriptor antiquus Servium celebrat numerorum inventorem excepto uno *PLINIO* scriptore non tam semper probatae fidei, qui adhac solum autoritate *TIMÆI* gaudet scriptoris Graeci, cui Romana Historia antiquissima tam bene nota esse non potuit. Est enim hic *TIMÆUS* non celebris ille Historicus *TIMÆUS* Tauromenensis Andromachi filius, sed obscurus quidam *NTMPHODORUS TIMÆUS* qui de medicina metallica scripsit teste *PLINIO* ipso in libro Imo ubi autores quos adduxit, recenset. Plurimi e contrario scriptores ante Servium numos apud Romanos in usu fuisse probant, & ad Jani tempora referunt, nimii antiquitatis assertores. Illtum argumentum est gravissimum, multorum enim Autorum testimoniis patet, Numam populo ferreos, æreos, coriaceos numos congiarii loco dedisse, cf. *COEL. RODIGIN.* l. 10. c. 2. *TAUBMAN.* in *Virgil. Aen.* l. 1. *ALEX.* ab *ALEX.* §. d. l. 4. c. 15. p. 218. a. *CASAL.* de Profan. Rom. Rit. c. 17. p. 100. *FABRICIUS.* in *Bibliograph. Antiq.* c. 16. §. 12. p. 526. *BEVERIN.* de Pond. & Mens. p. 10. *PIER.* *VALERIAN.* Hieroglyph, l. 3. fol. 29. testatur hoc *SUIDAS* in *v. Ασσάρεια.* Tom. I. fol. m. 453. (Ed. Colon. Allobrog. 1619. fol.) „Νέμας ὁ πρῶτος βασιλεὺς, μετὰ Ρωμύλος Ρωμαίων „γεγονώς, ἀπὸ σιδηροῦ καλυκῆ πεποιημένα πρῶτος ἐχαρίσατο „Ρωμαίαις. Τῷν πρῶτον αὐτῷ πάντων διὰ σκυτίνων καὶ ὄσρακινων την „χερίαν πληρεύτων, ἀπεξ ἀνόμαστου ἐν τῇ ιδίᾳ ὀνόματος ὡς „νία, ὡς Φροῖς Τεραγύλιος. Numa primus post Romulum „Romanorum Rex factus primus asses ex ferro & are cūsos „Romanis distribuit, cum ante eum non nisi scortei & ostra- „cei ad necessarios usus adhibiti fuissent, eosque ex nomi- „ne suo vocavit numos ut refert Tranquillus. „ Patet ex hoc

hoc loco Numam primum æreos numos signasse, coriaceos autem ante Numam in usu fuisse. Numam autem & coriaceos numos congiario loco populo dedit refert *SYNCELLUS*. fol. m. 211. „ ὁ ἀντρὸς γογγιαῖον ἔδωκεν, ἀστά- „ γεια ξύλινα καὶ σκύτινα καὶ ὄσφανινα. Ipse congiarum popu- „ lo dedit nummos videlicet ligneos coriaceos & testaceos. „ vide quoque *EUSEB.* in *Chron.* p. 47. *VICTOR.* l. 35. c. 18. In usu etiam erant tunc temporis numi plumbei, qui etiam posteriori seculo in usu manserunt unde *PLAUTUS* in *Casina*: „ cui homini hodie numus non est nisi plumbus „ & in *Mustelar*:

*Tace sis Faber qui cudere soles plumbeos  
numos.*

*MARTIAL.* l. 10. Epigr. 24.

*Centum merebor plumbeos toto die.*

Satis perspicuum est ex hoc ante Numæ tempora & Numa regnante numos habuisse Romanos, ex penuria metallorum autem ferreos & coriaceos numos fabricare coactos esse. Eandem enim habuere rationem, qualem Dyonisius, qui plumbeos confecit numos. *ALEX. ab AL.* G. d. l. 4. c. 15. p. 218. ut & Byzantini qui ferreos numos sanguinari teste *POLLUCE.* l. 9. c. 6. „ *Byzantinorum autem numus ferreus erat sic appellatus: Ferreum autem numisma parvum erat &c.* „ cf. *COEL. RHODIGIN.* L. A. l. 10. c. 2. Lacedemonii qui coriaceis utebantur numis teste *STOBÆO* c. 42. & *SENECA de Benef.* l. 5. c. 3. „ *Aes alienum babere dicitur & qui aureos debet, & qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedemonios fuit, quod usum numerata pecunia prestat.* „ ut & ferreis teste

POLLUCE: „ Ferrea quoque moneta iidem Lacedæmonii  
 „ utuntur ingentis magnitudinis sed minimi valoris. „ cf.  
 CASAL. d. l. c. 17. p. 191. BEVERIN. d. l. p. 10. HOSTUS.  
 de Re Nummar. Vet. p. 47. 49. ALIBAN. de Leg. & Rit. Gent.  
 l. 3. c. 3. p. 193. Gothi & Suedi pari modo habebant co-  
 riaceos numos argenteis punctis signati. OLAUS. M. l. 6.  
 c. 12. & Tartari numorum papiraceorum Chami nomine  
 & Sigillo signatorum usum adhibent. cf. SABELLIC. l. 6.  
 Ennead. JOH. PAULUS VENETUS. Itin. l. 2. c. 21. BER-  
 KENMEIER. Antiquar. T. II. p. 192. CELLAR. Polit. c. 15.  
 p. 272. ARNISÆUS. de Jure Majest. l. 2. c. 7. IVto DIO-  
 NISIUS de pecunia quod jam Romuli & successorum tem-  
 pore in usu fuerit quædam affert, scribit enim. l. 2. p. 130.  
 „ Hoc quoque concessit licere illi terna filii venditione pecu-  
 „ niam querere. „ Porro & alio loco, ubi etiam de nun-  
 dinis Romanorum loquitur. p. 131. „ victoribus enim &  
 „ qualiter dividebat agrum ademptum hostibus, pariterque  
 „ mancipia & pecunias, quo libentius expeditiones suscep-  
 „ rent. „ Scribit quoque alio loco Lucumonem seu Tar-  
 quinius pecunia adjuvasse Ancum. l. 3. p. 230. „ Regis et-  
 „ iam amicitiam brevi sibi paravit opportuna munificentia,  
 „ & in bello sumptus pecuniis eum subinde adjuvans. „ Tra-  
 dit hoc quoque VICTOR. de Vir. Illustr. p. m. 458. „ Tar-  
 quinius industria & pecunia dignitatem atque etiam An-  
 ci „ Regis familiaritatem consecutus est. „ Vto, ipsum ser-  
 vium antequam Regiam potestatem tenebat, pecuniam ad-  
 hibuisse ut debita populi solveret ex loco DIONISII. l. 4.  
 p. 262. patet. „ Quotquot vestrum ære alieno gravati non  
 „ sunt solvendo propter inopiam his &c. ne libertatis publica  
 „ propugnatores amittant propriam, de meo pecuniam da-  
 „ bo, qua satisfiat creditoribus &c., & paulo post. p. 262.  
 „ Di-

„Dimissa concione sequentibus diebus jussit obēratos dare  
 „nomina, qui fidem suam liberare nequirent, simulque ad-  
 „scribi, quantumquisque debeat. Quibus recognitis men-  
 „tas in foro posuit & in omnium conspectu debitam pecuniam  
 „annumeravit creditoribus.” Claris verbis memorat DY-  
 ONISIUS, Servium pecuniam numerasse, non appendisse.  
 Verosimile autem non est, Servium adhuc privatum, variis  
 sollicitudinibus & curis anxium, numos primum signare ex-  
 cogitasse. Vito etiam locum *VARRONIS apud CHARIS.*  
*I. i. Annal.* afferre possem, quo *BEGERUS. in Thes. Brand.*  
*Tom. 2. fol. 527.* probare ntitur argentum jam a Servio &  
 & multo ante Servium a Jano signatum esse, locus est hic:  
 „Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio di-  
 „cunt.” Sed locum non tam probatæ fidei adducere ne-  
 fas habeo satis enim exploratum est, & infra plurimis scri-  
 ptorum gravissimorum testimoniis probabo, argentum  
 longe post Servium signatum esse. CHARISIUS autem  
 Grammaticus aut locum mala fide aut ex errore habet, aut  
 ex inscitia scriptorum argentum pro ære positum est. Sa-  
 tis autem ex prioribus adductis argumentis Lectori clarum  
 erit, Servium nullo modo primum extitisse pecuniæ signa-  
 torem.

## §. 6.

Ne autem fidei *PLINII* omnia prorsus detrahēre  
 videar, hoc concedam, Servium primum fuisse, qui & si-  
 gnavit nota pecudum. Signatum enim est & antiquum  
 aut nota bovis ovis aut vèrcicis secundum *VARRON. de*  
*Re Rust. I. 2. c. 1. & I. i. de Vit. Pop. Rom. & PLUTARCH.*  
*in Publicola. p. 103. & Quest. Rom. p. 274.* Variæ adsunt  
 rationes hujus signaturæ, Signatum enim est & Imo quia

primis temporibus rei & homicidæ poenæ loco trigesinta  
boves & aliquot oves dare debuerunt. VARRO. de R. R.  
l. 2. c. 1. BUDÆUS. l. 5. de Asse. DALECHAMPIUS. in  
PLIN. l. 18. c. 3. p. 811. ALEX. ab ALEX. G. d. l. 4. c. 15. p.  
218. a. ROSIN. Ant. Rom. l. 8. c. 28. p. 1401. (Ed. Colon.  
1619.) hæc autem in mulctam Servii temporibus mutata  
est. Hodo ex veneratione erga pecudes quibus ad sacrificia &  
agriculturam utebantur. Illatio, in memoriam singularis  
miraculi Servii temporibus, quod narrat VICTOR. de Vir.  
Illustr. p. m. 459. „ Quo factò bos cuidam Latino mire  
„ magnitudinis nata, Et responsum somnio datum, eum po-  
„ pulum summam imperii habiturum, cuius civis bovem illam  
„ immolasset. Latinus bovem in Aventinum egit Et causam  
„ sacerdoti Romano exposuit. Ille callidus dixit, prius eum  
„ vivo flumine manus abluere debere. Latinus dum ad Ty-  
„ berim descendit, sacerdos bovem immolavit, imperium  
„ civibus, sibi gloriam factò consilioque vindicavit. „ videat-  
tur quoque LIVIUS. l. 1. c. 45. p. 34. 35. JULIUS. OBSE-  
QVENS. de Prodig. n. 6. p. m. 4. (Ed. Amst. 1679. 8.) IVto  
denique ob morem hunc a Græcis receptum; Hi enim  
Servii tempore mercaturas instituebant cum Romanis, quas  
ante cum Hetruscis aliisque Italiae gentibus egerant. O-  
stiam enim portum extruxit Ancus, naves struxit & mer-  
caturam exercuit. vide DTONIS. HAL. l. 3. pag. 226. 227.  
FLOR. l. 1. c. 4. LIV. l. 1. c. 33. p. 27. VICTOR. de Vir. Il-  
lustr. p. 457. & numum quem habet PATIN. in Num. Im-  
perator. fol. 16. Et BEGER. Thes. Brand. Tom. II. fol. 564.  
quæ Servii tempore jam florere cœpit. Signati autem erant  
plurimi Græcorum numi nota pecudum, Dardani inscul-  
psere Gallos Cephalenes equum, Argivi murem &c. A-  
LEX. ab ALEX. G. D. l. 4. c. 15. p. 218. b. BEVERIN. de Pond.

& Mens. p. 7. Athenienses bovem teste **JUL**, POLLUCE.  
 1. 9. c. 6. „ *Vetus erat autem Atheniensibus numisma Bos*  
 „ *appellatum, eo quod bovem insculptum haberet,* & EU-  
 STATHIO. in 2. Iliad. „ *Prisci enim animal honorantes*  
 „ *bovem, cum propter multa alia tum vero etiam quodsacer*  
 „ *effet, uni quidem numi parti bovem, alteri vero regis ef-*  
 „ *figiem inscribebant.* „ cf. ALEX. ab ALEX. d. l. CASAL.  
 d. l. c. 17. p. 99. PFEIFFER. in Ant. Grac. l. 2. c. 39. p. 312. sq.  
 Plurimam partem deprehendimus noctuam in Athenien-  
 sium numis, teste HESYCHIO. „ *Noctua numus Athe-*  
 „ *nis tetradrachmus. Noctua vero insculpta nota stateris.* „  
 vide ejusmodi numos apud SPANHEM. de Us. & Præst.  
 Num. Diff. 3. p. 123. 124. BEGER. in Thes. Brand. Tom. I.  
 fol. 470. & in Thes. Palatin. fol. 258. & in Ins. Cran. p. m.  
 23. Varia in numis animalia vide apud SPANHEM. in  
 Diff. 3tia. GRONOV. de Dodone, BEGER. Thes. Brand.  
 Tom. I. fol. 463. 331. 334. 345. 353. 357. & in Thes. Palat. fol.  
 286. 190. 194. 195. 196. 211. 213. 225. alios. Numos Romanos  
 signatos sue exhibet BAUDELOT. de DAIRVAL. de l' Utilite  
 des Voyages. p. 657. & cane. BEGER. Thes. Brand. Tom.  
 I. fol. 360. Antiquissimi hi sunt Romanorum numi ærei  
 quos habemus. Supersunt quidem etiam argentei numi  
 Regum effigie signati, hi autem longe postea, a familiis  
 quæ a Regibus originem ducebant, in memoriam tam il-  
 lustrium majorum cusi sunt. Sic enim gens Memmia Ro-  
 mulum in numo præsentabat. SPANHEM d. l. Diff. 6. p.  
 536. ejusmodi numos vid. apud GOLTZ. in Fast. tab. I. OI-  
 SEL. Thes. Num. tab. 112. n. 6. p. 551. BEGER. Thes. Brand.  
 Tom. II. fol. 565. Gens Tituria hoc modo T. Tatii Sabini  
 conservarat memoriam. numum vid. apud OISEL. d. l. tab.  
 112. n. 7. p. 551. Gens Calpurnia, Pomponia & Pompeja

Numæ effigiem in numis sculpi curabat. Numos habent GOLTZIUS. d. t. tab. 3. JAC. GUTHER. de Vet. Jur. Pont. l. 1. c. 29. PATIN. Famil. p. 223. HARDUIN. Hist. Aug. fol. 691. OISEL. d. l. tab. 112. n. 8. p. 551. BEGER. in Thes. Brand. Tom. II. fol. 545. 573. 575. CUPER. de Consecrat. Homer. p. m. 188. (Ed. Amst. 1683.) Gens Hostilia splendorem vetustæ originis Hostilii imagine demonstrare solebat. cf. SPANHEM. d. l. Diff. 6. p. 536. Hostilium in numo gentis Veturiæ habet BEGER. Thes. Brand. Tom. II. fol. 592. & Sel. Obs. ad Num. n. 18. p. 22. Gens Marcia ab Anco originem ducentis ejut effigie in numis gloriabatur. GOLTZ. tab. 5. OISEL. tab. 108. n. 9. p. 529. tab. 112. n. 9. p. 552. BEGER. Thes. Brand. Tom. II. fol. 563. 564. & in Obs. ad Sel. Num. p. 25. 28. Sed satis de hoc. Licet autem numorum usum adhiberent Romani, sepius tamen æs appendebant juxta PLIN. l. 33. c. 3. „ Libralis unde etiam nunc libella dicitur & dupondius appendebatur assis, quare æris gravis pœna dicta, & PSEUDOCORNUT. ad PERS. Sat. 2. v. 59. „ Fuit autem assis libralis & dupondius, quod hodie in usu remansit & solebat pensari potius quam numerari, unde & dispensatores dicti prorogatores. „ HORAT. Ep. ad Jul. Flor:

*Si proprium est quod quis libra mercatur &  
are,*

*Quædam si credis consultis, mancipat usus.*

Unde venit Stipendum militum quasi stipis pondera apud VARRON. l. 4. de Ling. Lat. p. 42. & dispensatores in Inst. Vet. apud REINESIUM. AVG. DISPENSATOR. AD CENSUS. PROVINCIAE LUGDUNENSIS.

Signato ære etiam argentum & aurum in numi formam fabricabatur teste *ISIDORO*. Etymolog. l. 16. c. 17.  
 „Antiquissimi nondum auro argentoque invento, ære uiteban-  
 tur, nam prius area pecunia in usu hominum fuit, post ar-  
 gentea, deinde aurea subsecuta, sed ab ea qua caput nomen  
 retinuit, unde & ararium dictum, quia prius tantum æs  
 in usu fuit & ipsum solum recondebatur.“ Et hac ex cau-  
 sa inter Deos Romanos Deus Argentinus vocabatur Aesculani  
 filius. *AUGUSTIN.* de C. D. l. 4. c. 21. cf. *STRUVE*. in Synt.  
 Ant. Rom. c. 1. p. 159. Argenteos numos autem Servium  
 primum signasse *BEGERUS* in Thes. Brand. T. II. fol. 527.  
 probare conatur, ex loco *VARRONIS apud CHARIS*. l. 1.  
 Annal. „Numum argenteum conflatum primum a Servio  
 Tullio dicunt.“ Suspectum autem merito voco hunc  
*VARRONIS* locum, *CHARISIUS* enim Grammaticus, qui  
 Honorii tempore vixit primum produxit. Nullum alium  
 invenio scriptorem, qui ad Servium primum argenteos nu-  
 mos referat; e contrario ex probatissimis demonstrari po-  
 test, nullos ante bellum Punicum extitisse numos argenteos  
 apud Romanus. Scribit enim *LIVIUS*. l. 4. c. 60. p. m.  
 182. de eo tempore quo bellum cum Vejis ortum est.  
 „Patres bene ceptam rem perseveranter tueri: conferre ipse  
 primi, & quia nondum argentum signatum erat, & grave  
 plaustris quidam ad ararium convebentes, speciosam etiam  
 collationem faciebant.“ Multo citius ergo *LIVIO* aliis-  
 que probatae fidei scriptoribus credamus, qui produnt ar-  
 gentum quinque annis ante bellum Punicum signatum esse.  
 vid. *CASAL*. d. l. c. 17. p. 101. *ROSIN*. Ant. Rom. l. 7. c. 31.  
 p. 1153. *BLOND*. *FLAV*. in Rom. triumphant. l. 5. fol. III  
 (Ed. Bas. 1559. fol.) Testantur hoc *LIVIUS* in Epitome libri

15. & *PLINIIUS*. l. 33. c. 3. p. 1404. „ *Populus Romanus*  
 „ *ne argento quidem signato ante Pirrbum Regem devictum*  
 „ *usus est.* „ *Pyrrhus autem vincebat anno U. C. 479.*  
 cf. *HARDUIN*. in *Comm. ad PLIN.* l. 8. Sect. 6. *Scribit*  
*STNCELLUS*. fol. 293. *Primum argenteum Romæ cusum*  
*tempore Ptolomæi Philadelphi & Agathoclis.* *Quod*  
*affirmat Chronicon Paschale. p. 173. ad annum U. C. 481.*  
*PLINIIUS* vero tempus annotavit. l. 33. c. 3. p. 1404. „ *ar-*  
 „ *gentum signatum est anno Urbis DLXXXV. C. Fabio Cos.*  
 „ *quinque annis ante bellum Punicum* „ *Quidam Codices*  
*habent annum CCCCLXXXV. sed Fasti accuratiores tra-*  
*dunt annum CCCCLXXXV, & in Chiffletiano Codice le-*  
*gitur quoque CCCCLXXXV, si credimus CHIFFLETIO*  
*in lib. de Antiq. numis. c. 7. p. 55.* *Signabantur autem*  
*hi numi argentei bigis vel quadrigis, unde & numi bigati*  
*& quadrigati vocati.* *PLIN.* l. 33. c. 3. *PIER. VALERIAN.*  
*HIEROGL.* l. 42. fol. m. 463. *RHODIUS*. de *Pond. & Mens.*  
 p. 17. aliique multi. *Supereft adhuc C. Fabii, sub quo*  
*signatum argentum, numus in Museo HARDUINI & apud*  
*PATIN* in *Gente Fabia*, p. 107. & *GOLTZ*. in *Fast. Tom. L.*  
*Opp. fol. 82. cum hac ep. ex aversa parte: EX. A. PV* ex  
*argento puro, seu potius publico, ex adversa sunt bigæ*  
*cum ciconia, quod Fabiæ gentis insigne subscriptumque*  
*nomen habet: C. FABI. C. F.* cf. *HARDUIN. Comm.*  
*in Plin. l. 33. Sect. 13. fol. m. 188. in Opp. Sel.* *Exhibit quo-*  
*que GOLTZIUS d. l. numum Ogulnii, Fabii in Consulatu*  
*socii. Cudebatur quoque numus Victoriatus cum Victo-*  
*riæ effigie. vid. PLIN. l. 33. c. 3. ROSIN. d. l. l. 8. c. 20.*  
 p. 1375. aliique. de numis bigatis quadrigatis, Victoriatus  
 ferratis alio loco plura.

## §. 8.

Tandem ex auro numi cudebantur & quidem *PLINIO*. l. 33. c. 3. p. 1404. teste, 62. annis post argenteos. Locus est hic. „*aureus numerus post annum LXII. percussus est, quam argenteus.*“ Incurrit hoc in annum II. C. DXLVII, qui tertius decimus fuit belli Punici secundi, cum impensas fieri maximas eo bello gerendo oppoteret. Consules tum fuere M. Livius Salinator & C. Claudius Nero juxta observationem *HARDUINI* in Plin. I. 33. Sect. 13. fol. 190. ex *LIVIO*. l. 28. c. 9. 10. Signati ergo sunt numi aurei ante destructam Carthaginem, non autem cum Roma deletis Carthagine & Corintho immensas dvitias & insignis gloriae & potentiae augmentum sortita est juxta sententiam *PATRICII*. de Rep. l. 3. tit. 9. & *DEMSTERI* in *ROS.* l. 7. c. 31. p. 1153.

## §. 9.

Multa quidem huic tractatui addere possem, si de Origine nummorum apud Gallos, Germanos, Septentrionales aliasque gentes disquirere mihi in animo esset. Deficit autem non solum tempus, sed etiam solers patientia ad laborem, quem jam Viri longe doctissimi peregerunt, inter quos præcipui *HACHENBERGIUS*, *SPERLINGIUS*, *GOLDASTIUS*, *SAGITTARIUS*, *SCHLEGELIUS*, *TENTZELIUS* & *JACOBUS a MELLE* de Germanicis; le *BLANC* in Hist. Num. Franciae & alii de Francicis; *WEDELIUS*, *BRENNERUS*, *FONTAINE*, *HICKESIUS*, *KEDERUS*, *THOM. BRODERUS BRENNERODIUS* de Gothicis numis tanta felicitate, eruditione & industria scripserunt, ut tantorum syderum splendor, scintillulas meas facili negotio

tio obscuret. Colophonem ergo huic Schediasmati im-  
positurus nihil aliud opto, quam ut benevolum quoddam  
Lectoris de primo hoc laboris mei fructu judicium, calcar  
mihi addere velit, ad alios quos meditor labores  
bono cum DEO perficiendos.

### T A N T U M.

#### Emendanda,

Pag. 2, linea 29. auro. p. 5. l. 16. l. 1581. p. 8. l. 17. PASCHALE. p. 10.  
l. 9. Genev. p. 12. l. 30. faciliori. p. 13. l. 16. percusso p. 20. l. 27. 28. Palatium.  
p. 21. l. 24. pro ari incisi legi: descripti. p. 23. lin. 19. idem. p. 29. lin. 20. fit.  
p. 31. l. 2. dele: ut. ib. l. 18. equos. p. 33. l. 6. Peloponnesi. ib. l. 26. quidem.  
p. 34. l. 7. Pelasgi. p. 37. l. 3. Baetium. p. 40. l. 10. Franeck. ib. ib. hoc. p. 42.  
l. 4. scientiis. p. 46. l. 20. alius. p. 50. l. 19. l. Odyss. 15. p. 52. l. 16. reperta.  
p. 56. l. 19. denotantur. p. 57. l. 25. instrumentis. p. 67. l. 1. filii. p. 71. l. 27.  
Maniliumque.

Reliqua; quæ irrepererunt *σφάλματα* Lector pro humanitate sua corriget;

